ORIGINUM HUNGARICARUM PARS SECUNDA.

In qua,

VARIORUM NOMINUM,
ORIGINIBUS HUNGARICIS
exornandis inſervientium,
EXPOSITIO PHILOLOGICA,
continuatur.

Quorum in numero ſunt:
Pannonia, *Dacia*, *Erdély*, *Athila*, *Deucalion*, *Prometheus*, *Orion*, *Tyndareus*, *Helena*, *Hercules*, *Argos*, *Iſter*, *Mæotis*, *Tanais*, *Parthus*, *Caucaſus*, *Ararat*, *Araxes*, cum multis aliis, quæ claudit celebre illud *Amazon*.

Labore
FRANCISCI FORIS OTROKOCSI,
Minimi Servi Jeſu Chriſti, nunc in ſilentii ſolitudine ſe exercentis.

FRANEQUERÆ,
Apud LEONARDUM STRIK, Bibliopolæ,
MDCXCIII.

S. Paulus, 1 Cor. 14. v. 26.

-- *Quisque veſtrûm, Canticum habet, Doctrinam habet, Linguam habet, Revelationem habet, Interpretationem habet*; OMNIA AD ÆDIFICATIONEM FIANT.

Seneca, Natural. Qu. Lib. 7. c. 25.

Veniet tempus, quô iſta quæ nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris ævi diligentia.

Digitized by Google

INCLYTO

COMITATUI

GÖMÖRIENSI,

ac inprimis,

SPECTABILIBUS, MAGNIFICIS, GENEROSIS, NOBILIBUS, EGREGIIS AC CIRCUMSPECTIS ejus ASSESSORIBUS: Dn. Dn. omni honore mihi obſervandis;

Gratiam cœleſtem, & omnia Fauſta precor à Deo.

Spectabiles, Magnifici, Generoſi, ac Circumſpecti Domini!

Quod olim rectè obſervavit S. Hieronymus ita ſcribens: † Hoc unusquisque deſiderat, in quo natus eſt; *id ego tam latè*

† Comm. in Iſa. c. 36. v. 16.

tè pro meî informatione accipio, ut illô dicto, implicitè doceri me aliosque cenſeam, quantô fidelis quisque Civis, Patriæ ſuæ amore ac deſiderio tangatur, quantâque neceſſitudine ſe ei devinctum eſſe noverit; ut hoc deſiderium, non debeat eſſe otioſum, ſed laborioſum. Hoc ego pro viribus, præſenti in opere, (ut alia taceam,) an de me comprobaverim, judicet præſens ætas & ſecutura poſteritas. Mea certè conſcientia hac in re, de mea in Patriam, heu! tot malorum incendiis diù ardentem, fidelitate, non ver-

verbali ſed reali, ſummè ſecura eſt; nec deinceps meis parcere volo laboribus, quà cœleſtis gratia favebit, dummodo tenui meâ operâ poſſim aliquid in commune prodeſſe, afflictæ Patriæ. Atque in hujus rei teſtimonium evidentius, ut integrum hoc Opus Originum Hungaricarum, *toti meæ Nationi Hungaricæ, ac inprimis, ejus* Statibus *&* Ordinibus, *D D. debito honore dignis, conſecravi; (propoſitô ſemper primariô mihi fine, Dei gloriâ, vel in minimo opere, pro viribus promovendâ;) ſic* Partem *hanc*

earundem ſecundam, *Vobis & Inclyto veſtro Comitatui, ceu Parti Hungariæ, & Natali meo ſolo, omni cum reverentia offerendam eſſe duxi. Illud agendo, declaro me, toti meæ Nationi amore ſincero eſſe devinctiſſimum, communique decori & ornamento univerſæ Patriæ ſtudere; hâc vero oblatiunculâ teſtatum facio, ſpecialiter etiam memorem me eſſe, ut fidum Patriæ filium decet, Terræ illius, quæ me in lucem edidit. Accipite igitur fronte ſerenâ, hoc qualecunque munus, quod Inclyti ve-*

ſtri Comitatûs Univerſitati conſecratum, publico nunc uſui mancipo, cum voto Divinæ Protectionis ſemper vobis affuturæ.

Franequeræ Friſiorum; d. 30. Mart. St. V. A. D. 1693.

Spectab. Magn. Generoſ. ac Circumſpect. Dominat. Veſtrar.

Humillimus Servitor, & Inclyti veſtri Comitatûs Filius,

Franciſcus Fóris Otrokocſi.

IN-

INDEX CAPITUM

Secundæ Partis.

CAP. XI. In quo, *Pannonius* & *Pannonia*, *Dacus* & *Dacia*, item, *Thót*, (Sclavorum nomen Hung.) *Wandalus*, *Gothus*, *Erdély*, cum aliis quibusdam obiter tactis, explicantur. Pag. 1.

CAP. XII. In quo, *Athila*, *Rua*, *Mundiuchos*, *Recan*, cum aliis quibusdam Hunniacis; item, *Deucalion*, *Prometheus*, *Orion*, *Alcathous*, *Tyndareus*, *Helena*, *Alexander*, *Hercules*, *Samus*, *Argos*, &c. ſuis è fontibus illuſtrantur. Pag. 35.

CAP. XIII. In quo, varia Nomina, v. gr. *Savus*, *Sirmium*, *Iſter*, *Hercynia*, *Pathiſſus*, *Partiſcus*, *Tiſza*, *Mariſus*, *Mæotis*, *Tanais*, *Arimaſpi*, *Sarmatæ*, *Cimmerius*, *Colchus*, *Parthus*, *Caucaſus*, *Paropamiſus*, *Chabor* cum quibusdam junctis, & quatuor aliis difficilioribus Scripturæ S. vocibus; item, *Ararat*, *Araxes*, *Euxinus*, *Pontus*, *Ellaſar*, *Thermodon*, *Themiſcyra*, *Smyrna*, *Troja*, &c. circulo ab Hungaria per Scythiam aliaque loca, ad *Boſporum* usque Thracium & *Byzantium* factô, exponuntur. Pag. 91.

CAP. XIV. In quo, celeberrimum illud *Amazon*, à nugis Græcorum vindicatum, ſuis è fontibus, genuinâ luce donatur: & ſubnexâ ulteriori hujus argumenti illuſtratione, Liber demùm *concluditur*. Pag. 282.

ORI-

ORIGINUM HUNGARICARUM,

PARS SECUNDA.

CAP. XI.

In quo, *primùm* Pannonia *deducitur probabiliter ex eodem fonte, ex quo* Pæonia, *à* Pane, *ſeu* Panos *cultû. Ubi &* Panos *radix detegitur.* Pannonii *ex hoc fonte, videntur Sclavis dicti olim fuiſſe,* Pan'oni, *quaſi* Panou'oni, *h. e.* Panos *Dei illi: vel quid ſimile. Latini poterant* n *geminare, præſertim ex voce* Pannus, *ob diverſitatem veſtimentorum in* Pannoniis *à ſe obſervatam. Adducitur alia non improbabilis conjectura ex Hungaricis vocabulis,* Panna, Panda *&* Pando *idem ſignificantibus; quæ etſi hodie pro* Anna *uſurpantur; radicalis tamen* P, *aliud oſtendit. Potuit olim locus aliquis vocari* Pannónya, *vel* Pandónya, *unde regioni nomen.* Pandonia *in libris Sibyllinis occurrit.*

Daci *iidem, qui* Davi, Daæ *&* Dai; *quorum radix eſt* ראה, inſpexit. Dacorum *eadem eſt origo, quæ* Daarum; *ubi* κ *in Græco* Δακος, *ex plurali Hungarico* Daák, *quod contractè eſt* Dák, *acceſſit. Veſtigium hujus eſt hodie* Deák *apud Hungaros, & apud Sclavos* Dgyak, *pro* Scholaſtico; *eò quod priùs* Daci *Latinam linguam excoluerint, quàm Hungari è Scythia profecti. Græci noſtro plurali, ſuam terminationem* os *addiderunt. Ex nomine* Dacus, *formatum nomen*, Dacia. *Nomen* Getæ *ex* Jàtis, *& τὸ* Jatæ *ex* Jas. *Ita etiam ex* Japygibus Japydes, *& ex his* Gepidæ. *Nomen Hungaricum Sclavorum* Thot, *tangitur; ejus vera Origo eſt eadem quæ nominis* Teutonum, *h. e.* à Theùt *ſeu* Thoth, *Ægyptiorum* Mercurio; *quòd ejus cultui olim fuiſſent addictiſſimi. Quid* Bulgarus? *Mentio de* Cſeh. *Hungaricum Polonorum nomen* Lengyel, *annon veterum* Leleges? *Annon etiam Hungaricum Italorum nomen* Olaſz, *idem ſit, quod veteribus* Alazones *vel* Alizones, *in medio relinquitur. Quid* Vandalus *&* Gothus? *Nominis* Erdély, (*Tranſylvania,*) *vera origo. Ejus mentio exſtat in antiqua Judaica Epiſtola, quæ ſub nomine Regis* Cozaræorum, *ſeu* Chazarorum, *eſt ſcripta ad Rabbi* Chasdaj. *Ibidem mentio etiam* Terræ Hungarorum. *Tempus ſcriptæ illius Epiſtolæ eſt* ſeculum octavum. *Altior* antiquitas *nominis* Erdély *extra Tran-*

ſylvaniam, in vetuſtioribus Hungarorum ſedibus, ex nominibus, Ardalus, Ardalides, Ardala, *oſtenditur. Suſpicio de* Ardovil *Perſarum.* Ardys *etiam nomen Regis Lydorum ejusdem eſt originis, nempe ab* Erdö. *Quid* Gyges, *Patris* Ardyis *nomen? Quid* Ogygos, *& unde?*

I. Peractis parte Libri præcedente peragendis, & explicatis aliquot Hungaricæ Nationis nominibus; operæ pretium eſt, ut ad aliorum etiam Nominum, hiſce Originibus elimandis inſervientium, originem detegendam, noſmet accingamus: inter quæ primum teneant locum, *Pannonia*, *Pæonia*, *Dacus*, *Dacia*, & *Erdély*, cum ſibi annexis, hoc capite explicanda. Inprimis verò, nominum *Pannoniæ* & *Daciæ* ſcrutari originem, vel hoc me maximè movet, quod etſi momentoſæ partes Patriæ Hungarorum iis nominibus olim inſignirentur, & nunc quoque Pannonia, veterem ferè uſûs vigorem apud exteros retineat; nemo tamen eſt, quod ſciam, qui nominum illorum originem, ſi non plenè decidiſſet, ſaltem pro merito rei, & cum luce ulterioribus inſerviente, ventilaſſet.

II. *Pannoniæ* & *Pannoniorum* nomen, ut notum eſſe poteſt lectione veterum exerci-

tatis, longè ſeriùs natum eſt, quàm *Pæoniæ* & *Pæonum*. Ex eodem tamen fonte ex quo *Pæoniæ* & *Pæonum*, profluxiſſe etiam *Pannoniæ* & *Pannoniorum* nomen, iis qui cum debitâ attentione Scripta veterum in hanc rem, legunt ac inter ſe conferunt, probabiliter videtur. Atque hinc puto factum eſſe, ut olim aliqui *Pannonios* & *Pæones* inter ſe confuderint; qua de re ſic Dion Caſſius ſcribit: *a*. Τῶν δὲ Ἑλλήνων τινὲς, τἀληθὲς ἀγνοήσαντες παίονας σφᾶς προσεῖπον, ἀρχαίου μέν του τοῦ προσρήματος τούτου ὄντος, οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖ, ἀλλ' ἔν τε τῇ Ῥοδόπῃ καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ, τῇ νῦν μέχρι τῆς θαλάσσης. ἐφ' ὅπερ καὶ ἐγὼ ἐκείνους μὲν παίονας, τούτους δὲ παννονίους.--προσαγορεύσω. *Quidam Græci veritatis ignari* Pæones *eos* (nempe Pannonios,) *vocarunt; quod ipſum quidem nomen antiquum eſt, non tamen iſtius populi, ſed ejus qui ad Rhodopen* (montem) *& Macedoniam maritimam habitant. Quapropter ego hos* Pæonas, *iſtos autem* Pannonios, *ſicut & ipſi ſeſe, & Romani eos appellant, nominabo.* Hæc ille. Non erant quidem *Pannonii* & *Pæones* confundendi, poſtquam diverſitas Regionum quas incolebant, eos ab invicem diſtinxit, & uni parti, nomen paulò aliter mutatum impoſuit; non tamen omni penitùs fundamento carebat, quod multi Græci diù *Pannonios* etiam *Pæones*, & Pannoniam Pæoniam vocarent, ut mox

a. Rom. Hiſt. Lib. 49. p. 472;

videbimus. Sic Priſcus *b.* & Menander, *c.* multò poſt Dionis ævum, adhuc Pannoniam *Pæoniam*, & Pannonios *Pæones* dixerunt. Induxit ad hoc ipſos, partim propinquitas *Pæoniæ* ad *Pannoniam*, partim etiam, quòd populos ejusdem ferè linguæ viderent eſſe in *Pannonia* præſertim inferiori, qui fuere olim etiam in *Pæonia*. Strabo aliquando diſtinguit quidem *Pannonios* à Pæonibus; ut dum gentes Pannonicas recenſet, *d. Breucos*, *Andizetios*, aliosque; nonnunquam verò *Pannonios* tam latè accipit, ut ſub iis etiam *Pæones*, (ad minimum, partem eorum,) comprehendere videatur; ut, dum ſic ſcribit: *e.* Ὀροπεδία δ' ἐστὶ ταῦτα, ἃ κατέχουσιν οἱ Παννόνιοι, πρὸς νότον μὲν μέχρι Δαλματέων καὶ Ἀρδιαίων διατείνοντα, πρὸς ἄρκτον δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον τελευτῶντα, πρὸς ἕω δὲ Σκορδίσκοις συνάπτοντα, τῇ δὲ παρὰ τὰ ὄρη τῶν Μακεδόνων καὶ Θρᾳκῶν. *Hi ſunt colles*, (ſeu montanæ planities,) *Pannoniorum*, *versùs meridiem quidem ad Dalmatas & Ardiæos uſque pertingentes; versùs ſeptentrionem ad Iſtrum deſinentes, versùs ortum Scordiſcos attingentes, ad montes Macedonum & Thracum.*

III. Noſtrum ergo eſt, primùm etiam nominis *Pæonum* & *Pæoniæ* originem pandere, ut eò clarior atque expeditior nobis reddatur nominis etiam *Pannoniorum* & *Pannoniæ* origo.

b. Priſcus Excerp. de Legat. pag. 63. *c.* Menand. pag. 101. *d.* Geogr. Lib. 7. pag. 314. ed. An. 1620. *e.* Ibid 317.

Pæonia nomen ſuum ducit à *Pæone*, *f.* (fratre Epei & Ætoli;) Deucalionis ex filia Protogenia pronepote. *Paon* verò eſt nomen ejusdem originis cum *Pane*, Deo Arcadiæ apud Ethnicos celebratiſſimo. *Paon* enim & *Pan*, h. e. *Paan*, easdem planè habent radicales, ut ſtatim videbimus: nec etiam hujus vel illius originem quispiam in Græca lingua, niſi in vanum quæret. Cum autem antiquiſſimum illum fictitium Deum, non ſolùm Arcadia, ſed & vicinæ regiones magno cultû proſequerentur; obvium erat parentibus Pæonis in Elide, (parte Peloponneſi,) Arcadiæ vicina nati, ut ei nomen à *Pane* imponerent, quem & ipſi colerent, & filium ejus cultum edocturi erant. Venit autem *Pan*, non tàm à פון, (Pun,) *animi pendere*, *hæſitare*, ut videtur doctiſſimo Bocharto *g.*; quàm potius ab inuſitata hodiè radice פען, *Pahan*; quod olim ſignificaſſe, *revelavit*, *manifeſtavit*, ex antiquo nomine Ægyptio, unicâ tantùm literulâ ad finem auctiore, פענח, *h. revelator*, facilè colligere poſſumus. Atque hinc celeberrimus etiam Buxtorfius, radicem illam antiquam, in ordine aliarum radicum, ſuo in Lexico Talmudico rectè collocavit.

IV. Ut verò crederem olim prædictam radicem in uſu fuiſſe, atque nomen *Paanis* in-

f. Pauſan. in Eliac. prior. ſeu Lib. 5. ſub initium. *g.* Geogr. Sac. Part. 2. Lib. 1. c. 18. *h.* Gen. 41. v. 44.

de deductum eſſe, Pauſanias ad hoc lucem mihi in ſequentibus ſubminiſtravit: *i.* Κατιόντων δὲ αὐτόθεν, Λυτηρίου πανός ἐστιν ἱερόν. Τροιζηνίων γὰρ τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἔδειξεν ὀνείρατα ἃ εἶχεν ἄκεσιν λιμοῦ πιέσαντος, Ἀθηναίους δὲ μάλιστα. *Quà deſcenditur inde*, (nempe ex arce Troezeniorum,) *Panis SOLUTORIS*, (ſeu liberatoris) *fanum eſt. Troezeniorum enim Principatus gerentibus, per SOMNIORUM VISA MONSTRAVIT ea, quæ habebant famis levationem, ipſos coarctantis, maximè autem Athenienſes.* Videmus in his *Pani* ſomniorum revelationem tribui, ac per hoc mediorum oſtenſionem, quibus à fame liberarentur Troezenii & Athenienſes. Unde etiam nomen ſolutoris, (ſeu liberatoris) obtinuit, quod per ſuas revelationes crederetur ſolvere homines à ſuis curis & anxietatibus, quibus ob famem invaleſcentem affligebantur. Habemus ergò hîc rationem, cur veteribus hîc Deus *Pan* (a פען, quaſi *Paen* in Pihel) h. e. *Revelator* nominaretur.

V. Eo verò magis adducor ut credam *Pana* à dicta radice derivari, quia novi eum, Ægyptiorum eſſe Deum *k.* vetuſtiſſimum, ab iisque (ut & alios Deos) ad Græcos tranſlatum; *l.* non obſtante, quod & ipſi domi na-

i. Pauſan. Corinthiac. ſeu Lib. 2. pag. 146.
k. Vid. Herod. Lib. 2. c. 145. & Conf. Diod. Lib. 1. *l.* Herod. Lib. 2. c. 4.

tum ex Penelope, *m.* recentem quendam Deum hujus nominis habuerint: nam recenti ſuo *Pani*, illa demùm tribuerunt, quæ Ægyptii ſuo vetuſtiſſimo. Imo vehementer ſuſpicor, annon Ægyptii quoque ſuum *Pana* ex Joſepho Patriarcha, formaverint, & annon ex ejus rebus geſtis, more ſuo interpolatis, fabulas ſui *Panos* concinnaverint. Is enim verè erat *Paneach*, *n.* quod contractiùs poterat dici *Paan*, h. e. *Revelator*, ſcil. occultorum. Accedit quod cum Oſiris Ægypti Rex, orbem peragraret, (ubi puto, Joſephi, terram Ægypti peragrantis geſta, fabuloſè aucta, ad Oſiridem, tanquam principalem, tranſlata eſſe,) hunc *Pana o* ſibi pro *expeditionis* ſocio *adjunxiſſe* dicitur; ubi etiam fabula veſtigium quoddam nobis ejus rei monſtrat, quòd verus *Pan*, (revelator occultorum,) valde charus & intimus fuerit Regi Ægyptiorum. Fuit etiam alio ſenſû Joſephus, revera *Pan p.* in Ægypto, h. e. Dominus, ſuper univerſam terram Ægypti conſtitutus. Id enim *Pan* notat Sclavonicis Nationibus. Qui ſive ab Ægyptiis olim in Græcia hoc nomen acceperint, ſive ab initio commune id cum Ægyptiis (& aliis in Ægypto quondam ſedes habentibus,) habuerint, ita ut his *revelatorem*, ſibi verò *Dominum* ſignificaret, conſtat ſaltem ipſis

m. Idem Lib. 2. c. 145. 146. *n.* Gen. 41. v. 44. *o.* Diod. Sicul. Hiſt. Lib. 1. p. 16. ed. Hanov. A. 1604. *p.* Gen. 41. vſ. 41. 42. 43.

hoc eſſe valde domeſticum & uſitatiſſimum. Longa etiam in pronunciando hoc nomine apud Sclavos mora, ac ſi gemino *a*, ſcriberetur *Paán*, motivum mihi addit, ut credam τὸ *Pan*, ab antiqua radice פען (*Paan*,) habere originem. Fuiſſe autem illud nomen olim etiam noſtris uſitatiſſimum ceu proprium, in alia fortè licet ſignificatione quàm Sclavis, apparet ex nomine Pagi Hungarici, qui, *n* in fine paululum emollitò, dicitur nobis *Pány*.

VI. Habitâ nunc verâ origine *Panos*, & inde *Pæonis*, ac per conſequens *Pæoniæ*, facilè jam aſſequemur nominis etiam *Pannonii* & *Pannoniæ* originem. Cum enim conſtet varias olim variis de cauſis, imprimis ob infeſtationem finitimorum, & ob multiplicationem hominum, conſecutamque inde locorum anguſtiam, contigiſſe gentium migrationes, ſignanter de *Henetis*, *q*. (quorum pars eſt ex parte Sclavonica Natio,) ſcribat Strabo, eos è *Paphlagonia*, ad mare Adriaticum olim migraſſe; atque idem nos doceat, eos Scythas qui olim infra Iſtrum erant, ab Illyriis maximè fuiſſe oppreſſos; qui ab his oppreſſi, ſine dubio, ſuprà Savum & Dannubium, ſedes ſibi quæſiverunt; nos quoque oſtenderimus, partem noſtrorum *Jazorum* una cum *Baranyis*, ex partibus Græciæ & Illyridis olim migraſſe tem-

q. Strab. Lib. I. pag. 61. ed. An. 1620. & Lib. 7. pag. 305. Idem Lib. I. p. 61.

porum ſucceſſû, in eas Hungariæ partes ubi nunc ſunt, atque etiam de ceteris *Pannoniæ* occidentalis incolis, Germanico vel Illyrico idiomate utentibus, magna ex parte verum ſit, eos ab Auſtralibus & Orientalibus regionibus, in ea loca quondam veniſſe, quæ nunc incolunt; hinc facilè colligimus populos *Pannoniæ*, magnos olim cultores *Panos* exſtitiſſe, ut cujus cultum & ſacra in priſtinis ſuis ſedibus, à Græcis & Ægyptiis acceperant: ideoque cum in ea Regione, quæ nunc *Pannonia* dicitur, ſedes fixiſſent, ab iis Sclavis, qui ex Scythia & Septentrionali orbis parte, eidem Regioni vicini erant, videntur dicti eſſe *Pan'-oni*, (quaſi *Panou'oni*;) h. e. *Panos* Dei *illi*, ſcil. ſunt: vel *Pana- oni*, h. e. *Pana illi*, ſub-intellecto, adorant, vel quid ſimile. (Facilè mihi Hungaro, in Sclavonica linguâ ſolius memoriæ labilis ope, absque externis ſubſidiis, vix balbutienti, ſi errem, ignoſcent illi, qui ſolidè & ex aſſe idioma illud tenent.) Inde Latini (junctis utrisque vocibus,) *Panonios* illos vocaverunt; unde *Panonia*, & ſucceſſû temporis, cum gemino *n*, *Pannonia*. Imò poterant ipſi Latini, ſuo quoque Marte, hoc nomen *Panonius*, & *Panonii*, ob Panos cultum de prædictis populis formare. Lego enim nomen cujusdam viri Chii apud Herodotum, r. qui dictus eſt πανιώνιος.

r. Lib. 8. c. 105. 106.

Panionius, non quia ejus patria Chios, una eſſet è duodecim Civitatibus, quæ *Panionium* (omnium Jonum,) concilium conſtituebant; ſed quia hoc nomine, tanquam ſibi peculiari, à parentibus accepto, gaudebat. Unde colligere poſſum, ſive à *Panos* cultu, ſive à *Panioniorum* feſtorum, (in honorem Neptuni Heliconii,) celebratione, multis olim hoc nomen *Panionios*, fuiſſe impoſitum. Quam autem ſit huic cognatum, nomen *Panonios*, unusquiſque videt.

VII. Sed & vocabulum πανὼν *Panon*, (vici nomen ad mare rubrum, ſine dubio à *Panos* cultu,) olim fuiſſe in uſu ex *Stephano s.* Byzantino conſtat. Obvium ergò erat undiquaque Latinis, ut pro populis *Panos* cultoribus, (qui nempe ab intimioribus & propinquioribus *Panos* illius prædiis, ad præſentia ſua loca migraverant,) denominandis, formarent τὸ *Panonii*: quo nomine eos, etiam à vicinis Pæonibus, aliquomodò, (leviter ſaltem) diſtinguerent. Et quia jam habebant nomen *Pannus*, quod ex parte ſono ſuo accederet ad *Panonios*; hinc puto factum fuiſſe ut litera *n*, in nomine *Panoniorum*, vel *Panonum*, & *Panoniæ*, geminaretur, fieretque, *Pannonius*, *Pannon*, & *Pannonia*. Quod eò magis accidere potuit, ſi aliquam diverſitatem ſibi diſplicentem, in pannis pro veſti-

s. In voc. πανὼν πανιος

mento ſcindendis & adaptandis, apud eos obſervarunt.

VIII. Atque huc refero illud *Dionis* de ratione nominis Pannoniorum: [f] Ὀνομάζονται δὲ οὕτως ὅτι τοὺς χιτῶνας τοὺς χειριδωτοὺς ἐξ ἱματίων τινῶν, ἐς πάννους, ἐπιχωρίως πως καὶ κατατέμνοντες καὶ προσαγορεύοντες, συῤῥάπτουσι. *Nominantur autem ſic* Pannonii, *quia tunicas manicatas ex veſtimentis quibuſdam, ad pannos (more quodam* ſuæ *regionis* eas *& diſcindentes, & denominantes,) conſuunt.* Ita verto, ſi benè mentem ejus intelligo. Hoc enim videtur innuere, & Pannoniis probro vertere, quòd vetera quædam veſtimenta, cum pannis novis ſuo more conciſis, conſuiſſent, ex iisque manicatas ſibi tunicas feciſſent. Quam ego mixturam, tantùm de renovatione partis tunicæ, inprimis manicarum, intelligo. Hinc dicti delicatulis quibuſdam alienigenis, per Ironiam ex mente Dionis, *Pannonii*, quaſi *Pannoſi*; eò quòd *non* ad ſufficientiam eſſent *pannoſi*, vel quòd *pannum* eâ ratione, corrumperent potiùs, (ex mente irriſorum,) quàm in tunicam adornarent. Xylander vertit breviter, at longè differenter à verbis Dionis. *Nomen autem* (inquit) P*annonibus inditum eſt ex eo, quòd tunicas manicatas, ex pannis more ſuo conciſis & conſutis, conficiunt.* Hanc ego rationem nominis P*annoniorum*, ex mente tantùm

[f] Hiſt. Rom. Lib. 49. p. 472.

ludentium & illudentium intelligo; ſicut & Dion non dubitavit aliam poſſe dari, verbis illis ſubjectis: *Verùm, ſive ea, nominis eſt ratio, ſive alia.* &c. Puerile enim hoc eſt, ſi conferatur cum vera nominis Populorum ratione. At verò probabilis ſaltem ratio nominis *Pannoniorum* (uſque dum probabilior dari poſſit,) ea eſt, quàm in ſuperioribus dedi; quòd nimirùm magni fuiſſent *Panos* Dei cultores, & ex iis Regionibus in Regionem dictam deinde *Pannoniam*, tranſmigraſſent, in quibus in fervore vigebat, prædicti *Panos* cultus. Sic etiam *Haginoiam*, Belgicam regionem; & apud vulgares Latinos *Hannoniam* dictam, olim verò ſi Leſſabæo credendum, etiam *Pannoniam* nuncupatam, à *Panos cultû*, hoc nomine fuiſſe inſignitam, idem Leſſabæus, & poſt eum Abrahamus *Ortelius* †. docuerunt. Longè igitur magis, de *Pannonia*, quæ verè apud omnes authores eſt *Pannonia*, nominis ratione, idem dicere poſſumus.

IX. Hæc de origine dicti nominis, quà à *Paanis* cultu, vel cultoribus illius; poſſumus deducere. Non diſſimulo tamen, aliam etiam poſſe hîc haberi conjecturam non penitùs improbabilem; (quam interim, doctis diſcutiendam relinquo, uſque dum mihi ea vel prima, clarior fiat;) videlicet, cum nos Hungari, habeamus nomen proprium, (fœmi-

 nei

† Vid. Ortel. Theſ. Geogr. in voce Haginoia.

nei ſexûs hodie,) *Panna*, (quaſi פנא extremitas,) *Panda*, & *Pando*, à פנד, quaſi cingere, (eodem nobis ſenſû,) quod etſi pro nomine *Anna* quaſi diminutivum, imò etiam quaſi elegantius, hodie uſurpemus; attamen radicalis *P* in initio nos monet, olim illud triplex nomen, in aliqua certa ſignificatione fuiſſe nobis domeſticum, ac propter quandam ſoni viciniam, pro *Anna* uſurpari coeptum; (uti *Erſók* pro *Elizabetha*, *Benkö*, pro *Benedicto*, *Bader*, pro *Andrea*;) hinc ſuſpicor, annon olim in Regione nunc *Pannonia* dictâ, fuerit aliquis locus, noſtris *Pannónya* vel *Pandónya* dictus, ad ſimilitudinem, *Lónya*, *Toronya*; à quodeinceps tota illa Regio denominata fuerit *Pannonia*; (ſicut & Bonfinius ſcribit, [u] *Pannoniam*, à *Pannonio* monte (nunc S. Martini,) fuiſſe pleriſque dictam:) quæ quibuſdam poterat dici æquè etiam *Pandonia*. Unde puto occaſionem ſumſiſſe authorem Libri Tertii Oraculorum Sibyllinorum, (qui vixit circa an. D. 138.) ut inter quædam loca, quæ ipſe pro ſua (ut ita loquar,) vaticinandi libertate, Aſiæ accenſet, etiam *πανδονίην*, [x] (*Pandoniam*) poneret; quam fruſtra alibi quæras, niſi cum *Pannonia* eandem eſſe, vel inde eum hoc nomen inter alia loca ponendi occaſionem ſumſiſſe, dicas. Certè etiam Μᾶϱ☉, h. e.

[u]. Bonf. Dec. I. Lib. I, [x]. Oracul. Sibyll. Lib. 3. pag. 116. ed. Baſil. in Oct. & edit. Amſtel. in 4to. pag. 398.

Maros, cujus quoque ibidem fit mentio, eſt ipſiſſimum Hungaricum, fluvii ac etiam Oppidi nomen. A *Panis* autem ubertate petere originem *Pannoniæ*, ut obiter moneam, ridiculum eſt.

X. Poſt excuſſum *Pannoniorum* & *Pannoniæ* nomen, *Dacorum* quoque & *Daciæ* nominis origo, paucis inveſtiganda reſtat: ubi reſerato fonte primi nominis, ultrò patebit alterius etiam, nempe *Daciæ*, ceu ſubſtantivi a ſuo primitivo formati, origo. Conſtat ex Strabone & Stephano de Urbibus, *Dacos* eosdem eſſe, qui & *Davi*, ſeu *Dai* veteribus dicebantur. Conſtat præterea, olim apud Atticos, uſitata Servorum domeſticorum nomina fuiſſe, *Davi* & *Getæ*. Cujus ego rei, non hanc tantùm rationem cum Strabone exſtitiſſe puto, quia mancipia, (ut ille implicitè innuit,) ſubinde Attici ex *Dacis* & *Getis* habuerint; nam & ex *Lydis*, *Syris* aliisque populis frequenter ea habebant; non tamen ab ullo horum ita commune uſû factum eſt nomen Servorum, ſicut à *Davis* & *Getis*; ſed quia *Davi* & *Getæ* præ aliis apud ipſos haberentur magis ſerviles, & ad res domeſticas Dominorum ſuorum procurandas aptiores, (quod & origo Grammatica nominis, paulò poſt demonſtrabit;) hinc Attici communiter ſuos ſervos, vocârunt *Davos* & *Getas*. (*Getæ* ideo hîc junguntur *Davis* vel *Dacis*, quia tem-

 poris

poris ſucceſſu, *Getæ* & *Davi*, iidem ferè populi cenſebantur.) Unde conjicere & hoc obvium eſt, olim *Davos* in regione Græcorum, dum eam cum ceteris populis barbaris in libertate incolerent, ad publica quædam circa ſummos Magiſtratus, miniſteria, & curas in his gerendas, aptiſſimos præ multis aliis judicatos fuiſſe. Sic autem Strabo ſcribit de Dacis: *y.* Δάκους δὲ -- οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν. ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται καὶ Δᾶοι. *Dacos autem -- puto antiquitùs Davos fuiſſe appellatos: unde etiam apud Atticos in uſum venerunt Servorum nomina, Getæ & Davi.* Et Stephanus de Urbibus pariter. *z.* Οἱ Δάκοι, (inquit,) οὓς καλοῦμεν Δάους. --- καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ, τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δάοι καὶ Γέται. *Daci, quos vocamus Daos. --- Apud Atticos verò Servorum nomina ſunt, Daï & Getæ.*

XI. Porrò nec illud poteſt eſſe obſcurum, *Daos*, vel *Davos*, origine ac proſapiä eoſdem eſſe populos cum iis, qui olim inter Scythas ad mare Caſpium, *Daæ* vocabantur. *a.* Τοὺς δὲ οὖν (inquit Strabo,) ἐν ἀριστερᾷ εἰς πλέοντι τὸ κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας, Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι. *Qui ad ſiniſtram in Caſpium mare intranti offeruntur* Nomades,*eos hodie appellant Daas.* Et Stephanus: *b.* Δάαι, Σκυθικὸν ἔθνος. *Daæ,*

y. Geogr. Lib. 7. pag. 304. *z.* In voce Δακία.
a. Strab. Geogr. Lib. 11. pag. 508. *b.* In princ. Lit. Δ.

populi Scythici. Herodoto dicuntur Δάοι, *c.* *Dai*; in argumentum certum, quod *Dai* & *Daæ*, ut & nomina oſtendunt, ſunt origine iidem populi. Is tamen eos, inter Perſiæ populos pecuarios recenſet; quod non magis probat, hos eſſe alterius quam Scythicæ originis, quàm etiam quorundam *Germaniorum* (h. e. *Germanorum*,) inter Perſiæ populos aratores ab eodem facta recenſio, efficit, ut illi quoque populi, quos *Germanios* vocat, propriè Perſicæ fuiſſent originis. Sed benè ex *Servio* diſcere poſſumus, quòd ob magnam cum Perſis vicinitatem olim à quibuſdam, *Daæ* Perſiæ populis accenſebantur. Sic enim ad illud Virgilii, *d.* *Indomitique Daæ* &c. ſcribit: *Daæ, Scythiæ populi, à parte Septentrionali juncti Perſidi.* Plinius quoque *e.* inter celeberrimos Scytharum, (*Sacas, Maſſagetas*, alioſque,) recenſet *Dahas*: qui ſunt ipſiſſimi *Daæ* Græcorum. Aliquos autem horum etiam *ſupra Mæotidem f.* olim *habitaſſe*, quorundam fuit ſententia apud Strabonem. Quæ etiam facilè admitti poteſt, cum jam dictum ſit *Daos*, ac per conſequens *Daas*, eſſe *Dacos*: quorum pars aliquando una cum aliis *Scythis*, potuit incolere Regionem, ſuprà Mæotidem.

XII. Cum itaque *Davi*, *Dai*, *Daæ*, & *Daci*, ſint iidem populi; inventâ origine nominis

c. Herod. Lib. 1. c. 125. *d.* Æneid. 8. *e.* Plin. Lib. 6. c. 17. Conf. Tacit. Annal. Lib. 2. ſub init. *f.* Strab. Geograph. Lib. 11. p. 515.

by Google

Davorum, *Daorum* & *Daarum*, inveniemus etiam originem *Dacorum*. *Davi*, *Dai*, & *Daæ*, veniunt ab uno eodemque fonte, nempe à radice דוא (Deva,) *reſpexit*, *inſpexit*, unde דוי (*Davi*) Rabbinis, *reſpiciens*. Litera *Vau*, in *Dai*, & *Daæ*, facilè excidit, ut ſæpè fit, ſine jactura eſſentialium vocis. Dicti autem ab hoc verbo fuerunt, quia eorum majores (ut jam antè innuimus,) in miniſteriis gerendis & procurandis, erant valde habiles, & præ aliis multis, oculati ac circumſpecti. Ab hac eadem radice deſcendunt, ut obiter hoc moneam, omnia hæc nomina, *Deus*, *Dieu*, *Dio*, & Græcorum θεὸς, *Daleth* in *Theta* mutato; Deus enim eſt omnium Inſpector & Procurator. Noſtrum quoque *Dij* & *Dijja*, h. e. *æſtimatio* (*pretii*, *valoris*, *dignitatis*,) alicujus rei vel præſertim perſonæ, ab eodem fonte venit. Æſtimatio enim, eſt juſta rei inſpectio & limitatio. Habemus etiam, notiſſimum vocabulum *Déva*; quod pariter non dubito ab eadem radice fluxiſſe; ſed hodie apud nos eſt, nomen proprium Civitatis. Eſt vox etiam apud Turcas *Devan*, ſignificans *Conſilium*, in quo per certos Judices, cauſæ revidentur & deciduntur. Ea quoque ultrò ſuam prodit originem. Sed ad *Daos* atque *Dacos* redeo.

XIII. *Davorum*, *Daorum* & *Daarum*, jam habemus originem; quomodo igitur *Dacos* pariter ex eadem radice deducemus? Dico, me

 ſine

ſine ſubſidio linguæ Hungaricæ id efficere non poſſe, ſed neceſſariò aliam hujus nominis, propter literam *Koph*, deberem quærere originem; quod tamen ob agnitam olim, & paulò ante oſtenſam identitatem nominum memoratorum; nulla facere urget neceſſitas. (Nam ad radicem דוך, h.e. *tundere*, vel דוק, h.e. *attendere*, non video benè congruam excurrendi rationem.) At verò cum ſubſidio vernaculæ linguæ, tam facilè nominis *Dacorum*, cum ceteris cognatis, originem eandem eſſe demonſtro, ut unicuique dicenda expendenti, patere poſſit, nihil hîc coactum, ſed ultrò ſe prodens, à me in medium adduci. Jam dictum eſt, antiquitùs *Dacos*, vocatos fuiſſe *Daos*, ſive *Daas*; ut hoc nomen apud Græcos, præceſſerit illud in quo litera *Kappa* invenitur: quod oſtendit Authorum diligens ſcrutatio & collatio. Cum autem vocis Δάαι, *Daæ*, ſingulare ſit *Daa*; hinc noſtris majoribus, (quibus vel maximè noti fuerunt *Daæ*,) juxta requiſitum idiomatis noſtri, plurale prædicti nominis, neceſſariò debuit eſſe *Daák*; quod olim nomen fuit in noſtra lingua, *Daorum*, ſeu *Daarum*. Si quæras aliquod hodie nominis hujus, ſed jam longo ſeculorum uſû ſingulare facti, veſtigium apud nos, en manifeſtum dabo. Cur quæſo, noſtra Natio, eum qui Scholam frequentat aut frequentavit, ob idque Latinam callet linguam, non aliter quàm *Deák*

Digitized by Google

vocat? Vera ratio nominis hujus hæc eſt; quia noſtram Nationem è Scythia profectam, longè præceſſit in excolenda literatura, Natio *Dacica*; ideoque barbari noſtri majores, in ſua hodierna Patria, cum experirentur *Dacos* (priores ejus regionis incolas,) literas noſcere, & Latinè poſſe loqui, hinc ſuos etiam filios poſtquam ad exemplum *Dacorum*, literis imbuendos conſecrârunt, eodem cum *Dacis* nomine, vocarunt *Daák*, & hodie, aliquantò cultius *Deák*: qua in re ſimiles quodammodo, illi Turcarum Vulgo exſtiterunt, quod in Hungaria noſtra, putavit aliquando, Chriſtianam & Hungaricam Religionem æquè latè patere. An *Sclavi* noſtros præceſſerint, in Scholaſticis prædicto modo denominandis, vel noſtri Sclavos, non ſatis clarum eſt. Forte potiùs, utrique ſeſe mutuò in hoc juverunt. Nam & Sclavi in noſtra Patria, ſuos filios Scholaſticos adhuc pueros, (quantùm ego obſervavi,) vocant *Dgiaci*, quemadmodùm noſtri, *Deák*, vel *Deákok* in plurali; ex eodem utrique fonte. Jam verò applicemus hæc ſcopo noſtro de nato *Dacorum* nomine. Cum antiqui Græci, audirent à noſtræ Nationis majoribus, *Daas*, vocari *Daák*, & contractè *Dák*; hinc labente tempore, additâ illi ſuâ terminatione Græcâ *os* in fine, formarunt ſibi nomen, Δάκος, cujus plurale, Δάκοι; & Latini hos imitati, *Dacus*, plurale *Daci*. Sic,

cum priùs hi populi vocarentur à Græcis, *Davi*, *Dai* & *Daæ*, (ſine *k*,) conformiter ad radicem, demùm vocari cœperunt etiam Δάκοι, *Daci*; unde formatum nomen Regionis, *Dacia*. Non ignoro etiam *Sclavos*, habere multa nomina in *k* deſinentia, non quidem in plurali, ſed in ſingulari, ut *Slovak*, *Polyák*. &c. Verùm quia ex nullo indicio mihi conſtat, quòd olim *Dacos* ipſi vocaſſent *Dák* in ſingulari; quin ſi vocarunt, cognato nomine, dixerunt *Dgiák*, ſeu *Gſiak*, vel *Gſak*, ut hodie ſonat Scholaſticorum nomen in ore eorum; aut potiùs etiam hoc à noſtris per imitationem, acceperunt; ideò originem literæ *k*, in nomine Dacorum, ibi quærendum non putavi, ubi fundamentum non vidi. Si quid in hanc rem pertinens, in ea quoque lingua olim exſtitiſſet, dicerem Græcos ab utriſque, Hungaris nimirùm & Sclavis id accepiſſe, ut *Daorum* ſeu *Daarum* nomen, interpoſito κ formarent novum, ut eſſet Δάκοι, *Daci*. Hæc de nomine *Dacorum* & *Daciæ* ſufficiant.

XIV. Porrò, notum eſt *Dacos*, labentibus ſeculis, dictos fuiſſe ex parte etiam *Getas*; cum tamen antiquiſſimis temporibus *Getæ* à *Dacis*, ſive *Dais*, meritò diſtinguerentur. Sic apud Herodotum, g. alii ſint *Dai*, & alii *Getæ*. Ego autem hoc nomen *Getarum*, exiſtimo mutatum eſſe ex nomine *Jazorum*. Ex nomine vi-

g. De Getis vide Herodot. Lib. 4. c. 93. 96.

delicet *Jas*, formatum eſt quibuſdam Græcis, plurale Gentile, *Jatæ*, (quaſi *Jaſæ*,) ut eſt apud Stephanum *h.*; & apud Plinium, *i. Jatii*, pro *Jaſii*, Scythæ ad mare Hyrcanum. Ex *Jatis* Doricè, (imò & Jonicè) *Jetæ*; atque hinc (facili mutatione I, ante ε, in Γ,) *Getæ*. Sic etiam ex Japygibus, *Japydes* & *Japodes* formatos eſſe puto; ex *Japydibus* verò & *Japodibus*, *Gepidas*. Secùs, *Gepidarum*, aliam nominis originem non video, ſi hæc non ſit. Idem cenſeo de *Geta*, à *Jazico* nomine formato. Olim enim *Jazorum* nomen latè patuit, ac in varios populos fuit extenſum; ob idque non mirum ſi in ea latitudine, etiam aliqua ejus variatio facta eſt. Manſit tamen incorruptum apud eos, qui principales ac propiores ſunt ejus nominis hæredes.

XV. Annecto hîc obiter ob viciniam, ſequentia quoque nomina quædam Nationum, duobus paragraphis. Primò, nomen *Sclavorum* Hungaricum; ut ex eo etiam judicioſo lectori augeatur motivum, de perſuadenda ſibi antiquitate Gentis & linguæ Hungaricæ. Nos *Sclavos* ejuſdem Patriæ nobiſcum Cives, & ab olim etiam, noſtris majoribus in Scythia & in expeditione Europæa, ſocios cum Alanis indivulſos, (quos, (& ferè etiam Dacos,) fata quodammodo, inde à prima Gentium diſperſione, videntur noſtræ Nationi

h. In voce Ἰατ. *i.* Lib. 6. c. 16. ed. Franc. 1608.

nexû colligâſſe indiſſolubili,] vocamus *Thóts* (cujus plurale nobis *Thótok*;) quod nec eorum majoribus olim poterat eſſe ignotum: at nunc ipſi ſe vocant (ut notum,) *Slovák*, in ſing. & *Slovaci*, in Plurali. [Unde & *Sclavus*, *Sclavi*; & *Sclaveni*. Quod apud Græcos ſcriptores, poſt annum D. 500. reperio.] An illud ortum ducat à *Slovo*, (voce,) quòd *Sclavus* ſignificet, *voci obtemperantem*, ipſi meliùs quàm ego dicere poſſunt. Novi ſaltem *Schiavo* Italis, (à *Sclavo* factum,) mancipium ac ſervum denotare. Sed Hungarici Sclavorum nominis originem videamus. Origo nominis *Thot* de Gente Sclavonica, eadem eſt quæ *Teutonum* de Germanis. Ut nimirùm Germani dicuntur *Teutones*, ac ſuâ linguâ *Teütſchen*, eò quod olim majores eorum addictiſſimi erant cultui *Thoyth* Ægyptii, qui aliàs *Thouth*, *Theuth*, k. *Thoth*, (fortè a תּוֹת *jejunum* & *temperantem eſſe*,) item, *Tautus* & *Tautates*; Tacito *Tuiſto*; Græcis Ἑρμῆς, & Latinis *Mercurius*; ſic *Sclavi* antiquiſſimis noſtris & eorum majoribus dicti ſunt *Thot*, ob ejuſdem celeberrimi *Mercurii*, inter alia ſua nomina, veteribus etiam *Thoth* dicti, cultum. Niſi hæc origo nominis, ultrò ſe prodens ſicut illa *Teutonum*, admittatur, nulla planè alia patet ratio, habito reſpectû proprietatis linguæ noſtræ, cur eos noſtri majores ſic vocare volue-

k. Vid. Sanchoniathon. apud Euſeb. Præp. Evang. lib. 1. c. 9. Et Bochart. Chanaan lib. 1. c. 42. Tacit. de Morib. Germ.

rint ; nec tamen poſſumus dicere , antiqua ejuſmodi nomina , ſine ulla ratione fuiſſe impoſita. Succedat nomen *Bulgarorum*. *Bulgarum*, non *Volgarum* ego juxta quoſdam à *Volga*, ſed idem tantùm eſſe cenſeo , quod nobis eſt *Polgár*, ſignificans hodie apud nos , tum *Concivem* , tum *Coadjutorem* & quaſi *miniſtrum juratum* Judicum in Oppidis & Pagis. Rectè ob fœdus concivitatis (cum recognitione tamen Superioratûs in Hungaris,) Bulgari olim à noſtris ita vocari poterant. Hinc diſertè in Annalibus Fuldenſ. dicuntur Ungarorum † *Concives Pulgari*. Num verò aliqui Bohemorum majores fuere *Chii*, (in *Chio*,) vel *Χοῖ*, h. e. *Chi*, apud Stephanum ‡ ex Hecatæo, Ponti olim accolæ , eò quòd nobis dicantur *Cſeh*, quod eſt, *Cheh*, & ſibi aliisque, *Cſech*, ulteriùs mihi aliisque conſiderandum reſervo. De *Olah*, (nomine Walachorum,) alibi * Deo volente paucis dicam.

XVI. Ann[illegible] *Polonorum* nomen Hungaricum *L*[illegible]ini *Lelegum*, *l.* vetuſtiſſimorum [illegible]conicæ incolarum, cognatum, imò [illegible] cum eo ſit; levi mutatione in eam formam poſt longam ſeculorum ſeriem, redactum, eò quòd Poloni eſſent prædicto-

Pars II dicto-

† Vide ſup. Part. 1. pag. 255. ‡ In voc. Χοῖ. * Inf. cap. ult. *l.* Strab. Geogr. Lib. 7. pag. 321. qui pag. 322. etiam Heſiodi verſus de iis adducit. Conf. Homer. Iliad. φ. v. 87. Pauſan. in Laconic. ſeu Lib. 3. pag. 158.

dictorum *Lelegum* reliquiæ, (quorum aliquos etiam inter Amazonas & Albanos olim exſtitiſſe, ex nomine *Legum*, *m.* conjicio apud Strabonem;) nunc brevitatis ſtudio id ventilare, miſſum facio. Annon præterea, *Italorum* quoque majores antiquiſſimi ante hodiernum ſuum nomen, dicti fuerint olim in Aſia & Græcia, *Alazones* & *Alizones*, [de quibus apud Homerum, *n.* Herodotum *o.* & Strabonem *p.* videre eſt,] à radice עָלַז, (*alaz*,) exultavit, eò quòd à noſtris vocentur *Olaſz*, quaſi *Olaz*, vel *Alaz*, (nam & *Alazia* † Urbis nomen, & *Alos* * veteribus dictam erat,) hoc quoque in medio relinquo; feſtinans ad ea, quæ propiùs ſunt mei inſtituti. Hoc unum inſinuo, non fruſtrà neque per accidens, noſtra Natio Italum vocat *Olaſz*, nec aliud ejus nomen in ſuo idiomate novit. Adjungo his obiter memoraris, etiam τὸ *Vandalus* & *Gothus*, vel Græcorum more, *Gothos* & *Gotthos*. ‡ Ego nomen *Vandalos*, ex idiomate Hungarico, facilimè & ad rem congruentiſſimè dico, idem eſſe, quod *Vándolló* vel *Vándollós*, pro *Vándorlós*; (à rad. בדר, *Vaddar*, quod idem cum *Vandar*,

m. Strab. Geogr. Lib. 11. pag. 503. qui vocat eos, Σκυθας Λῆγας *Legas Scythas.* Habet hoc ex Theophane, Pompeji coævo. *n.* Hom. Iliad. 6. v. 865. *o.* Herod. lib. 4. c. 52. *p.* Strab. Geogr. lib. 12. pag. 549. 550. † Ibid Strab. pag. 550. * Hom. Iliad. β. v. 681. & Strab. lib. 9. pag. 430 & 432. ‡ Ita apud Steph. per τ & θ, h. e. duplex *t.*

Digitized by Google

h. e. *diſperſit*,) quod ſignificat nobis, *Vagum*, ac *Suæque deque ambulantem*. *Gothos* autem, ſeu *Gotthos*, puto petulantis humani affectûs eſſe effectum, apud noſtros majores, barbaros nimirùm Scythas; qui ſuos vicinos, ex hoc, quod Deum ſuâ linguâ *Goth* vel *Gott* vocaſſent, appellârunt per luſum & abuſum, adjectâ Hungaricâ terminatione *os*, (adjectivum notante,) *Gothos*, vel *Gottos*, in ſingulari; h. e. qui Deum ſuum nominat *Gott*, atque *τὸ Gott*, ſæpiùs in ore habet. Fruſtra enim quiſpiam ex *Geta*, tentabit excudere *Gothum*. Videat, qui poteſt meliorem horum originem dare.

XVII. Exornabo hoc caput etiam origine & antiquitate nominis *Erdély*; quô hodie *Tranſylvaniam*, Sororem *Hungariæ* germanam, (utpote cujus populi ejuſdem ſunt originis, cujus & *Hungariæ*.) idiomate vernaculo vocamus. Nomen *Erdély* eſt ejuſdem fontis cum voce *Erdö*, (Sylva.) cujus jam ſupra q. dedimus originem; atque etiam ſignificationis re ipſa ejuſdem. Differentia hæc ſola eſt; quòd in illa additur in fine paragogicum *ely*, (h. e. molle *el*, ad formam nominum, *Seregély*, *Veſzély*,) quod cum fine vocis *Erdö* ita coaleſcit, ut ipſum *ö* elidatur, ſeu abſorbeatur, fitque *Erdély*. Eſt autem hoc quaſi *Sylvoſum quid*; vel potiùs, quaſi *Sylvoſitas*. Nomen e-

q Part. I. Pag. 297.

nim *Erdély*, ſubſtantivum eſt. Regio ob montium & Sylvarum copiam ita dicta. Quod in Latino, Præpoſitio *Trans*, præfigitur; ratio pendet ex nomine *Sylvaniæ*, (nobis *Szilágyſág*,) ultra quam ſita eſt. Eſſe verò hoc antiquum, Regionis quæ *Tranſylvania* Latinis dicitur, nomen, (nam de antiquis Hungarorum ſedibus, adhuc antiquius idem nomen in Scriptis Græcorum reperiri, mox oſtendetur,) patet ex Epiſtola quadam Judaica, r. ſub nomine Joſephi Regis *Chozaræorum*, (h. e. Chazarorum, †) ſcripta ex Scythia ad celebrem Judæum Rabbi *Chasdai*: ubi fingit Scriptor Epiſtolæ, Angelum *Bulani* Regi cuidam Chazaræorum, apparuiſſe, eique inter alia hæc dixiſſe: קום לך „אל ארץ רודלאן ואל ארץ ארדיל הנה נתתי פחדך ואימתך בלבם H. e. *Surge, abi in Terram Rudelan & in Terram AR. DIL;* (ſive *ERDIL*;) *ecce dedi pavorem & terrorem tuî in cor eorum.* Per *Ardil*, nulla hîc penitùs

† Et nomen כזר. h. e. *Chazar*, & ipſæ circumſtantiæ evidenter me docent, hos *Chozaræos* ipſiſſimos fuiſſe *Chazaros*, Græcis ita dictos. Qui autem hi fuerint, vide ſupra Part. I. P. 153. & 225. Quòd Priſcus eoſdem *Katziros* & *Akatziros* vocat; non dubito à noſtris majoribus id accepiſſe. Nam *Katzér* eſt nobis non ſolùm *mas catus*, ſed quandoque etiam *Virilis & fortis* vir. A rad. קצר puro. Unde & nomen *Keteʒer*. Et *Akatziros*, idem nobis, quod, A' *Katczér*. Quamquàm fateor etiam *Cozár*, olim noſtris domeſticum fuiſſe, à כזר. *crudelem eſſe*; ut nomina *Kozár* & *Kozári* oſtendunt.

nitùs alia poteſt Regio intelligi, quam ipſa *Tranſylvania*, ut circumſtantiæ oſtendunt. Unde etiam *Rudelan*, non alia hîc eſt terra, quàm *Rugilandia*; quô nomine olim etiam Pannoniæ partem, ſ. ob *Rugios*, qui aliquamdiu illic morabantur, dictam fuiſſe, jam notavit *Aventinus*; at hîc non dubito ſeptentrionalem aliquam Sarmatiæ Germanicæ partem, Terram veterum *Rugiorum*, Sclavonicæ ac Rutenicæ originis populorum, intelligi. [Cave tamen ne putes hæc contra *Erdély*, propè illud tempus, qûô hanc Epiſtolam eſſe ſcriptam, ſtatim docebimus, uno vel altero tantùm ſeculo geſta fuiſſe. Loquitur enim Scriptor de *Bulane*, tanquam vetuſtiſſimo aliquo *Chozaræorum* ante illud tempus Rege.] Nec parva lux ex eo etiam nobis hîc affulget, quod diſertè R. *Chasdaj*, qui priùs ſcripſerat *Cordubæ* Hiſpaniæ, ad Regem Chazaræorum, *Hungarorum* quoque *Terræ* meminit, in Epiſtola ſua ad Regem. Narrat enim, quoſdam Judæos, de expediendis ipſius per Terram Hungarorum, ad Regem Cozaræorum literis, hoc modo ſe aſſecuraſſe: *Da nobis literas tuas, & curabimus ut illæ perferantur ad Regem* גבלים *Gebalim, qui honoris tui cauſâ*, (ישגר כתבך אל בני ישראל היושבים בארץ הנגרין וגם כן ישלחוה אל רום ומשם אל בלגאר עד שיגיע כתבך כרצונך אל המקום אשר אתה רוצה:)

Pars II. *mittet*

ſ. Vid. ſupr. Part. I. Pag. 236.

mittet literas tuas ad Iſraelitas qui habitant in Terra HUNGARORUM: (propriè *Hongariim*, quod idem eſt Judæis;) *atque ſic hi mittent eas in RUM*, ſeu *Romaniam* *, *& inde in Bulgariam*, ‡ *donec perveniant pro voto tuo, eò quò tu deſideras.* Per Regem גבלים *Gebalim* in his, intelligit Judæus, Regem *Sclavorum* & Moravorum. Nam aperte dixit ſupra; *Gebalos*, vel *Gabalos*, eſſe אל צקלאב, h. e. *Sclavos*; ubi אל juxta Arabiſmum præfigitur, ſicut *Al-Cazar.*

XVIII. Cum huic Judæo adeò notæ fuerint regiones hîc memoratæ, abſque dubio nec reſcriptori fuit ignotum nomen genuinum & vernaculum *Tranſylvaniæ*, Hungariæ, Thraciæ & Bulgariæ viciniſſimæ; præſertim cum quocunque te vertas, *Ardil*, vel *Erdil*, junctam *Rudelaniæ*, ſeu *Rugilandiæ*, nullibi invenias, pro illo tempore, niſi Tranſylvaniam. Invenitur autem (ut obiter moneam) nomen *Hungarorum*, ad illuſtrandum nomen *Erdély*, etiam in Reſcriptore. Nam & ipſe per היגריאים, *Hegariim*, non alios intelligit populos, quàm *Hungaros*: cum ait Regis *Chozaræorum* termi-

 nos

* *Romania* hodie Geographis eſt *Thracia*; at Walachi etiam vocant ſe *Rumuny*. Poterat Judæus & partem Thraciæ, & Walachiam hîc intelligere. ‡ Magnam illam Bulgariam videtur intelligere, quæ olim fuit ad Mæotidem; de qua vide Niceph. C. P. Hiſtor. p. 21. Ordo verborum id requirit.

nos ad occidentale latus, extendi uſque ad terminos *Hegariim*; h. e. Hungarorum: quorum termini tunc temporis ad Euxinum uſque verſùs *Chazaros* extendebantur. Unde non dubito pro י, poſt ה, reponendum hîc eſſe נ, ut ſit הֻנְגָרִיאִים, *Hongariim* h. e. *Hungarorum*.

XIX. Tempus Epiſtolæ nomine Regis Chozaræorum ſcriptæ, (à Judæo aliquo fictore ut puto, non obſtante, quod non dubitem Regem illum *Chozaræorum* valde faviſſe *Judæis*, & multa etiam è Judaiſmo tenuiſſe,) tempus inquam illud, idem eſt cum eo, quo Rabbi *Chasdai*, (vel quisquis ejus nomine fuerit Scriptor,) ſuam ſcripſit ad Regem *Chozar.* Is autem (utut Judæi adeo antiquum eum putent, ut credant circa annum noſtri Salvatoris 396. vixiſſe,) prodit ſe ſcripſiſſe ad memoratum Regem, ſeculo octavo, cum jam octavus Sarracenorum Rex regnaret *Cordubæ* in Hiſpania; quorum initium illic fuit An. D. 712. Sic ergo adhuc ante tertium Hungarorum adventum in Pannoniam, Tranſylvania jam nomen *Erdély* habuit apud noſtros majores. Nota porrò hîc obiter & hoc ex illo de Hungaris loco nunc adducto; quod licet Latinis, ſeculo octavo, imo & nono uſque ad an. D. 888. ignotum fuerit hoc nomen Hunnorum, quo Hungari dicti ſunt; (ut jam obſervavimus; *s*) non tamen fuit aliis æ-

s. Supr. Part, I. p. 251. 252. coll. p. 248. 250.

què ignotum. Nam ecce Judæi paſſim, in Scythia, Græcia, Hungaria & Thracia ſeculo octavo peregrinantes, benè ſibi notum illud habebant. Sed redeo ad nomen *Erdély*.

XX. Extra hodiernam Tranſylvaniam ſi quæramus nomen *Erdély*, diſcemus ex *Pauſania*, Antiquitatum Ethnicarum peritiſſimo; multis ſeculis in *Achaja*, parte Peloponneſi Græcorum, nomen hoc, fuiſſe olim in uſu. Cum enim vetuſta *Troezeniorum* Urbis *Achajæ* monumenta recenſeret, iis connumerat etiam *Ardalidarum* Muſarum, ab *Ardalo* denominatarum cellam. *Non longè* (inquit) *abeſt* (à Templo ſcil.) *Muſarum Fanum.* τὸ ποιῆσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίϛου. ϗ αὐλόν τε εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον τοῦτον, ϗ τὰς Μούσας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας. *Feciſſe autem illud dicunt ARDALUM filium Vulcani;* † *ac tibiam quoque putant inveniſſe hunc Ardalum; & Muſas ab ipſo denominant ARDALIDAS.* Quæſo dicat mihi Græcus ex fundamento ſui idiomatis veram originem nominis τοῦ Ἀρδάλου? Nunquam ſanè dicet, ſed adventitium hîc pro ſuo finget. Nam & in *Armenia* fuit olim locus Ἄρδαλα (*Ardala*,) dictus; ut jam ex Cedreno & Curopalate notavit *Ortelius*. Juſtum eſt ergo, ut cum ex ſuperioribus jam noverimus, tum in *Armenia* tum in *Peloponneſo* habitaſſe *Hungarorum* majores, quibus in hunc

† *Balkányi* vel *Valkányi* noſtris debebat dici.

uſque diem in uſu eſt *Erdély*, & inde *Erdélyi*, ceu proprium nomen, iisdem etiam τῦ Ἀρδάλυ & Ἀρδάλης, veram originem adſcribamus. Græci nimirùm, ut & in aliis ſolent, pro ſuo Græciſmo, voces has conformarunt; præſertim, cum & apud nos, in hunc uſque diem, *E* breve, ſonet ferè ſicut *A* breve, ut jam monuimus. Puto autem noſtris fuiſſe olim pro loco, *Erdély*, (ut hodie,) vel *Ardil* dictum; pro perſona verò *Erdélyi*, vel *Erdélyõs*; ſive potius *Ardéli* & *Ardélös*, vel *Erdölös*. Hungari nôrunt, hæc cum fundamentis noſtri idiomatis benè convenire. Notum etiam eſt nomen aliquot locorum *Ardó* inter Hungaros; quod etiam non dubito olim, aut *Sylvam*, aut *Sylvæ* cognatum quid noſtris ſignificâſſe. Sic formato nomine *Ardalos*, formarunt ſibi Græci etiam *Ardalidas* pro ſuo Græciſmo. Si dicant, Ἄρδαλον idem eſſe Græcis quod ἄρδα, h. e. *irrigatio*: reſpondeo, me non ignorare quidem, quòd Græci putent τὸ ἄρδαλος eſſe Græcum, quaſi ἀπὸ τῦ ἀρδάλειν, vel ἄρδειν, *irrigare*, deſcendens, & ob id cum voce ἄρδα vel ἀρδεία idem eſſe: Sed omninò multùm falluntur in hoc, & aliis quoque perperam imponunt, cum non ſecus, quam putativè & adſcititiè ſit ἄρδαλος Græcum, & ob aliquam in ſono cum ἄρδα & ἀρδεία convenientiam, ejuſdem ſignificationis æſtimatum. Nam ut taceam, non leviter me

 ſuſpi-

ſuſpicari etiam de voce *ἄρδα* & ejus cognatis, annon ex aliena voce factæ ſint Græcæ, cum *τὸ árad*, dicatur apud nos propriè de *aquarum incremento* & *exundatione*, quod cognatum eſt *irrigationi*, ſicut & *τὸ árad τῷ ἄρδα*; hoc maximè obſtat, quod *ἄρδαλος* propter literam λ (*l*,) in ultima ſyllaba, nullo modo poteſt derivari ἀπὸ τῆς ἄρδας vel ἀπὸ τοῦ ἄρδειν, ſervatis regulis & genio Grammaticæ Græcæ. Poſſunt Græci addere ος vel ὡς, vel quid ſimile; ſed λ (*l*) ſi addant in fine, vel aliam conſonantem præter proprias & conſuetas ſuas literas terminales, jam certum indicium eſt, ejuſmodi vocem, non eſſe origine Græcam. Maneat ergò fixum, nomen proprium Ἄρδαλος, (unde *Ardalidæ*,) & Ἀρδαλα, eſſe origine Hungarica; atque etiam hæc arguere, olim in iis locis, in quibus hæc nomina primùm audita ſunt, *Hungarorum* majores ſuas ſedes habuiſſe.

XXI. De hoc *Ardalo* & *Ardalidis* Muſis, habet etiam *Stephanus* de Urbibus; qui tamen non determinat, *Ardalum* fuiſſe virum aliquem, ſed ſic loquitur: *u.* Ἀρδαλίδες καὶ Ἀρδαλιώτιδες, τιμῶνται αἱ Μοῦσαι ἐν Τροιζῆνι, ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς, ἢ καὶ ἀπὸ τόπου. *Ardalides & Ardaliotides coluntur Muſæ Troezene, ab Ardalo quodam, vel etiam à* LOCO. Hoc poſterius eſt maximè credibile ex vi vocis *Erdély*. Sed

u. Steph. de Urb. p. 104. ed. Amſt. 1678.

Erdélyi, (& *Erdélius*) item *Erdélyes*, (complex τȣ̃ *Erdély*, vel commercium cum *Erdély* habens,) & *Erdölö*, vel *Erdölös*, (Lignator) adjectiva, rectè perſonam etiam denotare poſſunt. Ex hoc eodem fonte (ut obiter moneam) puto ortum ducere etiam vocem Latinis uſitatam *Ardelio*; quæ poterat olim ſignificaſſe hominem quaſi *ferum* & *ſylveſtrem*; vel quoad hodiernam ejus ſignificationem. potuit ab aliquo hujus nominis, (*Erdéli*,) in *res alienas importunè curioſo*, vel *inbiante*, ad alios ſimiles transferri. Annon etiam *Ardovil* x. Perſarum ex eadem incude cum *Erdély* prodierit, valdè ſuſpicor. Ad hoc argumentum pertinet indicare, τὸ Ἄρδυς (*Ardys*) etiam, nomen Regis y *Lydorum*, filii *Gygis*, (ejus qui vixit circiter annis 710. ante Nat. (Chriſt.) ejuſdem eſſe fontis cum noſtro *Erdö*. Eſt enim *Ardys* idem quod nos dicimus, *Erdös*, vel *Erdüs*, h. e. qui habet *Sylvam*; vel ſi de loco fiat ſermo, qui *Sylvoſus* eſt. Nec miretur quiſpiam me hoc nomen *Ardys* Hungaricis nominibus accenſere. In promptu enim mihi ſunt nominum veterum indicia ceu totidem argumenta, quibus (re id exigente,) probare poſſem, aut *Lydorum* linguam olim cum *Hungarica* eandem in eſſentialibus fuiſſe, aut *Hungarorum* majores aliquando, (quod de *Scythis* in genere cla-

x. Vide de hoc Cluver. Introd. Geogr. Lib. 5. c. 15. y. Vide Herod. Lib. I. p. 7. ed. Henr. Steph.

rum eſt ex Herodoto, *z.*) in *Lydia* dominatos eſſe, ab iisque *Lydos* multa vocabula mutuatos fuiſſe: (quorum tamen utrumque fieri potuit.) Nam & Patris hujus *Ardyis* nomen, nempe Γύγης, *(Gyges,)* idem eſt quod noſtrum *Gögös*, vel *Göges* ſive *Güges*; quod *in alto ſedentem*, *ſuperbum* ac *faſtuoſum* ſignificare & infra † dicturi ſumus, & ex Heſiodo *a.* de *Gyge* quodammodo colligi poteſt. Hinc jam facilè (ut obiter inſinuem,) ſciri etiam poteſt, quid ſit Ὤγυγος, (*Ogygos*, ſeu *Ogyges*,) nomen antiquiſſimi (h. e. annis circiter 1795. ante Nat. C.) Thebanorum *b.* in Bœotia Regis. Non certè ὁ Γύγος, ut aliqui reſolvunt, cum non ſit Græcum, ut peritis linguarum & antiquitatis notum; ſed eſt O *Gögös*, h. e. *Antiquus Gyges*. O enim vel *ou*, (à rad. אבה, unde אב, *Pater*, *Author*,) nobis *antiquum* ſonat. Hæc de nomine *Erdély*, & aliis ejus cognatis, vel cognationem cum eo juvantibus, ſufficiant. Pergo ad alia.

z. Lib. I. ubi de Ardye. Per Cimmerios illic Scythas intellige. † Cap. 13. *a.* Theogon. v. 149. *b.* Vid. Pauſan. in Bœotic, ſeu Lib. 9.

CAP XII.

In quo, *itur ad* nomina Perſonar. *adjectis etiam nominib. aliquot* Locorum. Athila *venit à Chald.* אטל, vel אתל; *ſed altior radix eſt*

Hebr. אצל; *unde* אציל, Selectus, Magnas. *Sic nomen Athila, (pro viro,) ſignificat*, Inſignem, *præ aliis*, & Magnatem *generoſum. Convenit cum Hungarico* Atzél. *Hungari non pauca nomina habent communia cum* Hebræis. *Exempla. Ex Priſco, videtur olim idem fuiſſe* Athila, *quod hodie Hung.* Atzéllas. *Nomina* Dengezich *&* Ernach, *filiorum* Athilæ, *cum Hungarico idiomate congruunt. Poterant quædam nomina Hung. in Aſiatica Scythia deformari. Quid* Irnas? *Quid* Rua? *Quid* Mundiuchos? *Quid* Rekan *&* Kreka, *uxores* Athilæ? *Quid* Onegeſios? Quid Berichos, Targios, *&* Solachos *Hunnica nomina? Itur ad* altiora *nomina.* Deucalion *eſt à* דוק; (Duk;) *unde Hungaricum*, Dajka, *Nutrix & Nutritius.* Deuka *in re non differt à* Dajka. *A* Dajka *Hungaris eſt* Dajkál, (nutricem vel nutritium agit,) *ſicut à* Szolga, Szolgál, *h. e. ſervit. Sic* Deucalos, *eſt* Dajkáló, *vel* Dajká'ó. *Unde terminatio* ion *hîc Græcis? Ex his*, Deucalion *ſignificat*, Inſpectorem, Procuratorem, Nutritium. &c. Pyrrha (*uxor* Deucali) *quid?* Hellen *quid?* Prometheus *non fuit* Madaj Japheti *filiorum unus, ſed videtur fuiſſe* Biró Mádi, *vel* Biró Madai. *Radix & ſignificatio. At à Vulgo dictus fuiſſe videtur* Por-methö, *h. e.* Pulveris tractator. *Ex his formârunt Græci*, τὸ Prometheus. Orion, *& Hung.* Orias,

 (*h. e.*

(*h. e. Gigas.*) *ſunt cognata. Radix. Unde* on *in fine τῦ Orion?* Alcathous *Megarenſium, idem quod* Alkotó, *h. e.* Fundator, Ædificator. *Radix.* Tyndareus, *idem quod* Tündeves. *Quid* Tündéres, *& quid* Tündér Orſzág? *Cur* Tyndareus *ita dictus? Radix* חרר. Leda, *uxoris* Tyndarei *nomen, Scythicis,* Láda, Lád, Ladány, Lúd & Ludas, *cognatum. Radix,* לוד. Helena *idem videtur eſſe, quod* Elö-Anya; *h. e.* Vivida Mater. *Habitus* Helenæ *in capite & brachiis, Hungaricarum mulierum amictui ſimilis.* Alexander *idem quod* Alak-Sándor; *h. e.* Venuſtè ordinatus aptatus. *Radix. Alia etiam non pauca, ut ſunt,* Dardanus, Thurius, &c. *ex idiomate* Hung. *non difficulter explicari poſſent. Innuitur hoc labore, hæc nomina, & Majorum Hungaricæ Nationis, & aliorum ejusdem cum illis olim idiomatis, fuiſſe.* Hercules *non ab* Ἥρα *&* κλέος, *ſed à* חרק, *ſubjuncto paragogico* ל, *deſcendit. Idem eſt cum nomine Hung.* Harkály; (*Hebr. lit.* חרקל;) *quod hodie avis cujusdam laborioſiſſimæ & vermibus inimicæ, nomen eſt; olim verò* Herculis *fuiſſe videtur, Orientalibus etiam commune.* Græci & Latini *pro ſuo idiotiſmo conformarunt: quod per* s, *debuit Hungaris* Harkályos *dici.* Hurkol, *verbum Hung. ex eadem radice. Sic* Hercules *ſignificat,* Rimatorem, Exciſorem, Exterminatorem, *&c. ſcil. malorum. Mentio* Her-

culis Maguſani. *Lux de Hercule ex verbo* Harczol. Σάμ@. *Hungaris* Szamos, *hodie fluvii nomen. Samothraciæ, nomen* Szamos, *Hungari olim impoſuiſſe videntur. Radix* סום, *unde* סומא, (*Suma*,) *h.e.* Tumor, poſitiò tumens; *vel à* הום, reſonare. Argos, *vel* Argo, *non eſt ab* ארך, *ſed ab* ארג; *unde* אריגא, (*Ariga*,) Area. *Et* Argos *olim* Campum *ſignificavit. Hungaricum* Orgo-vány, (*ubi ultima particula eſt tantùm acceſſoria*;) *convenit ſenſu cum nomine* Argo *&* Argos. *Adjectivum* Orgós *vel* Argos, *eſt* Campum habens. *Quid* Nyples? *Idem videtur quod* Nyires. *Radix.* Dodona, (*ſeu* Dodone,) *quæ &* Dodon *ac* Dodo, *convenit cum Hung.* Dad, Dada, *&* Dod; *alterum verò ejus nomen* Bodone, *cum Hungarico* Bodon. Delus *nomen inſulæ, ex* Dél, Déli, Deli, Delias, *non difficulter detegitur. Olim* Scythias. *Jus ſuum ad exponenda hæc nomina*, *declarat Author à variis* Scytharum coloniis; *ab* antiquitate Scytharum *ex Trogo & Diodoro. Item, ex eo, quod multa nomina ultrò ſuam* produnt originem: *ut:* Berenthe, Naïs, *& alia. Ita etiam Sclavonicè intelligentibus, Sclavonicum illud & Thracicum* Sanapi, *Urbis Ponti nomen, ſeipſum explicat.*

I. Poſtquam non ſolùm Nationis noſtræ, (in Prima Libri Parte,) ſed & Patriæ (in fronte hujus alteræ Partis) diverſa olim

 nomi-

nomina, ex ſua origine deduximus, eorumque daram Originem illuſtravimus; (interſperſis paſſim etiam aliis per occaſionem nominibus, è fonte ſuo detectis;) nunc jam Deo favente, progredimur ad *Perſonarum* quarundam, partim in Hunniaca olim Natione præeminentium, partim etiam vetuſtiorum, apud Græcos quondam celebrium, ſed non Græcam originem habentium, nomina explicanda. Adjiciemus deinde etiam alia quædam *Locorum* nomina, olim inter Græcos, at extra Græci idiomatis fontem, uſurpata.

II. Inter nomina Perſonarum, primo loco nominis *Athilæ*, originem detegemus. Nomen *Athila* venit propius à Chaldaico אֲטֵל, Attel, vel אתל, Atal; quorum illud etſi hodie per *τὸ lapidavit* exponatur; (fortè quia *durum*, ac *robuſtum*, in ſuo ſenſû latiore comprehendere noſceretur;) attamen tum derivatum ab utroque, אתליטא, *Athleta*; (unde & Græcorum *ἀθλητὴς*, *Pugil*;) tum etiam altior Chaldaici origo mox danda, oſtendit, utrumque olim, ſignificaſſe etiam, *Pugnacem eſſe*; item, *Nobilem* ac *Generoſum eſſe*. Eſt & Arabicum אָתָל, Atala; h.e. *Contractis paſſibus irato ſimilis inceſſit*; item, *Iratus fuit*: qui ſenſus aliquam ex eo videtur cognationem habere cum priori, quod Athletæ in pugnando utuntur *irâ*, atque etiam *duros* ſe exhibent. Juxta Arabicam verbi ſignificationem, venit

ab eodem fonte, *Etel*, vel *Atel*, fluvii *Volgæ* nomen antiquum in Scythia: quod *Attilam* dici puto apud Menandrum, *a*. fluvium per hoc deſignantem. Verùm tum Chaldaicum, tùm Arabicum verbum, ab altiori adhuc radice oritur; nempe, ab Hebr. אָצַל, (Azal,) *Sepoſuit*, *Selegit*, *Reſervavit*; mutató צ in ט vel ת, eodem modò, ut in Chald. טְעַי (*Jeat*) *conſuluit*, ex Hebræo יָעַץ, *Jaatz*, idem ſignificante, צ mutatur in ט. Hinc Hebr. אֲצִילִים (Atzilim,) h. e. *Selecti*, *Optimates*, *Magnates*; cujus ſingulare אָצִיל, (Atzil) ſignificat, Selectum, Optimatem, Magnatem. Jam hoc in loco, *Atzil* Hebræorum, à noſtris majoribus uſurpatum eſt more Chaldæorum, *Athil*, inter Nomina; addito *a* in fine, ut diceretur *Athila*; quod hodierno noſtro more prolatum, per duplex *ll*, (*Atilla*,) indicare videtur in fine affixum tertiæ perſonæ, ut ſignificet nomen, *Magnus ejus*; ſcil. Populi, vel quid ſimile. Poterat tamen *a* in fine more Chaldæorum adjici, etiam extra ſignificationem affixi. Si à forma Chaldaica *Attel* (in Pahel) nomen hoc deducatur, ſcribi poteſt etiam gemino *tt*, ut ſit *Attila*: primaria tamen radix in *kal*, per ſe, ut notum, unicum tantùm *t* requirit; ſicut etiam noſtri (puri Hungari) ita ſcribunt. Quid verò ſignificet

a. Menand. de Legat. p. 109. edit. Paris. in *voc* Ἀττίλας

nomen, ſatis jam liquet. Si enim fluvio tribuatur, ſignificat *violentum, fortiter rapidum, iratum* & *impetuoſum*: ſi verò tribuatur Viro, qualis erat Rex Hunnorum, tum ſignificat Virum præ aliis *inſignem*, & *Magnatem* generoſum. Ubi nomini ſanè ſuo reſpondit *Athila*, ut ex Hiſtoricis notum. [Nota obiter; ex prædicta radice me deducere etiam *Adel* & *Edel* (h. e. Nobilis) Germanorum ac Belgarum; quæ à forma Chaldaica non procul recedunt.]

III. Vis jam Lector, ut præſentis linguæ Hungaricæ exactam cum nomine *Athila*, ſeu cum radice ejus convenientiam demonſtrem? Nos *Chalybem*, tanquam ferrum præſtantiſſimum, vocamus *Atzél*, ſeu *Atzil*; (utrumque idem:) quæ vox eſt ipſiſſima propago genuina Hebr. radicis אצל, (*Atzal*,) unde jam deduximus nomen *Athilæ*, per commutationem *Tzade* in *Teth* vel *Thau*. Originis ratio per ſe clara eſt; eò quod *chalybs* eſt præcipua, *ſelectiſſima*, *ſolidiſſima* & *fortiſſima* ſpecies ferri. Hinc puto de homine forti & compacti corporis dici quandoque apud nos: *Erös mint az atzél*: hoc eſt: *Fortis ſicut chalybs*. Quòd non *Athél*, ſed *Atzél* dicamus hodie; hoc nullam in re diverſitatem inducit; ut ſupra vidimus. Sufficit ad noſtrum ſcopum, quòd *Atzél*, juxta principalem radicem, in hunc uſque diem, non ſolùm pro Chalybe, ſed &

Digitized by Google

pro Cognomine Virorum uſurpamus. Ita etiam Nicol. *Iſtvanffius*, *b.* inter Magnates clade Mohacſianâ (an. D. 1526.) celebres, recenſet quendam *Stephanum Atzél*, ſeu Latinâ formâ *Acelium*.

IV. Fuit olim Hebræis quoque familiare, hoc ipſiſſimum *Atzel*, (אָצֵל,) inter nomina Virorum; ut patet, 1 Chron. 8. v. 38. & 9. v. 44. Ubi nota obiter & in hoc aliquam linguæ Hungaricæ cum Hebræi affinitatem, præſertim ſi conferas hîc alia etiam non pauca nomina, nobis & Hebræis antiquis communia; uti ſunt: *Bela*, *c.* *Kis*, *d.* *Geber*, *e.* ſeu *Gaber*, (nobis *Gábor*) *Imri*, † (nobis *Imre*,) *Uri*, *f.* *Uzza*, *g.* (nobis *Uzà*) *Gür*, *h.* (nobis *Gór*,) *Góg*, *i.* *Bykki*, *k.* *Zimri*, *l.* (nobis *Szemere*) *Gera*, *m* (nobis *Gara*) *Iſpan*, *n.* &c. In eo etiam, quod nomen *Franciſcus*, & ſono & formâ multò diverſâ ac alii efferimus; nempe *Ferentz*, (ubi *n*, ex *Tzade* quaſi geminato mutatum;) manifeſtam alluſionem habemus ad nomen Hebraicum *Pheretz*. *o.* Ita

Pars II. etiam

b. Hiſt. Lib 8. pag. (mihi) 88. *c.* 1 Chron. 8. v. 1. Conf. c. 5. 8. *d.* 1 Chron. 8. v. 30. & 9. v. 36. 1 Sam. 9. v. 1. *e.* 1 Reg. 4. v. 19. † 1 Chron. 9. v. 4. *f.* 1 Chron. 2. v. 20 *g.* 1 Chron. 8. v. 7. *h.* 2 Chron. 26. v. 7. *i* 1 Chron. 5. v. 4. *k.* 1 Chron. 5. v. 31. (al. 6. v. 5.) *l.* 1 Chron. 8. v. 36. & 9. v. 42. & 1 Reg. 16. 15. al. 17. *m.* 1 Chron. 8. v. 3. 5. *n.* Ibid. v. 22. *o.* Hoc eſt, *Eruptio*, *Irruptio*, *Inſtantia*, *Urſio*. Vide Gen. 38. v. 29. 1 Chron. 4. v. 1.

etiam in *Lajos* (quod Latinè apud nos eſt *Ludovicus*,) expreſſimus id, quod Hebræis eſt *Lais*, *p.* vel *Lajis*. Sic pariter *Aba*, cum Hebr. *Abi*, & Syriaco *Abba*, bellè convenit. Sed ad ſcopum. Non dubito quin olim etiam multi ex noſtris majoribus, nomen *Athilæ*, per *Tzade* pronunciarint; illis Chaldaico & Arabico more pronuntiantibus per *th*, vel *t*, qui viciniores Chaldæis & Arabibus fuerunt; quorum formam Græci, & ab his acceptam Latini, retinuerunt: cumque apud Priſcum, qui primus inter Scriptores, quod ſciam, *Athilæ* meminit, quique ipſum benè noverat, conſtanter hoc nomen in Nominativo legatur Ἀττήλας, h. e. *Attélas*, (per *s* in fine,) facilè, inde colligere poſſum, noſtris id nomen dictum olim fuiſſe *Atzéllas*, (pro *Atzélos*,) hoc eſt, *Chalybeatus*, vel dum de viro eſt ſermo, *Virtuoſus*; *robore*, item *dignitate præditus*. Poſteri autem noſtræ Nationis, obliti veræ pronuntiationis, pronuntiarunt ſine *s*, eo modo, quô à Latinis Scriptoribus, *s* ab *a*, ob majorem cum aliis ſuis nominibus ſimilitudinem, hîc abjicientibus, acceperunt. Atque ex hoc fundamento putô veriorem hanc eſſe rationem, cur *a* in fine occurrat, quàm quod ſupra de *affixo*, tert. pers. vel de Chaldaiſmo diximus. Liberum tamen hîc unicuique de unicâ literula eſto judicium. Quod aliqui re-

p. H. e. Leo. 2 Sam. 3. v. 15.

ferunt olim Athilam dictum fuiſſe *Ethele*; hoc niſi de rudiori fortè Vulgo, vel de alienigenis, concedamus. Omnes enim veteres Hiſtorici, inter quos præcipuus in hanc rem eſt *Priſcus*, conſtanter per *a* non per *e* ſcribunt.

V. Athilæ quoque prædeceſſoris nomen *Rua*, eſt verè Hungaricum, ſi rite excutiatur. Non hîc *Ruha*, quod *veſtem* nobis ſignificat, in mente habeo, ſed aliud ſcopo longè aptius, nempe *Rovó*, ſeu *Roó*; h. e. Conſignator. Quod induſtrio inter ſuos Duci, ac in res ſuas attentiſſimo, benè convenit. Verbum tert. perſ. indicativi eſt *Ró*, vel *Rójja*, h. e. conſignat, obſervat. A rad. רָאָה, (Raah,) *Vidit, providit, animadvertit.* Item, nomen Patris Athilæ, *Mundiuchos*, (ut refertur à Priſco,) puto nobis idem eſſe quod *Mond-okos*, (quod cum articulo integrè dicitur *Mond az okos*,) h. e. *dicit prudens.* Sunt hodie aliqui è Vulgo, juxta fluvium *Hernád*, qui dicerent cum *i*, *Mondi-okos*: quod propiùs accedit ad nomen relatum à Priſco. Quidni, poterant fortè olim in illa barbarie, plerique loco hodierni *mond* & *mondgya*, in uſu habere, *mondi*. Sic nomen hoc, à dictorum vel dicendorum prudenti moderamine, fuerit deſumptum. *Mond* à מרד, & *ok*, (cauſa, ratio,) unde *okos*, ab איך deduco; quod ſufficiat obiter indicaſſe. *Recan*, nomen unius

 uxo-

uxorum Athilæ apud Priſcum; idem mihi eſt, quod *Rokon*, cognatus, cognata: aliquando & in amico compellando uſurpatur. A רכן, (Recan,) *inclinare ſe.* Nam cognatus ad cognatum ſe inclinat. *Kreka*, alterius uxoris nomen, eſt vel *Kerek*, rota; vel *Karika*, rotula; agilitatem mulieris notans. A כרך, unde קרוך, (Karuk) *currus*, Rabbinis:

VI. *Dengizich* vel *Dengezich*, nomen ſenioris filii Athilæ, optimè cum ceteris, præſertim antiquis Hungarorum nominibus conſonat. Cum enim hodie talis terminatio apud nos, pronunciaretur ut *cs*, *Dengezics*, vel ut *cz*, *Dengezicz*, non multum abludere videtur ab hujuſmodi nominibus notiſſimis: *Draskovicz*, *Keklevitcz*, (vel Keklevith,) & *Oſtroſitz.* Scio hodie terminationem *itz*, præſertim *vitz*, eſſe ferè Croaticam; ſed cur non olim etiam Hunni, talem potuere aliquando habere nominis terminationem? Nec etiam caret ſignificatione certâ apud nos, *Dengö*, vel *Döngö*, † ut benè nôrunt Hungari. An ad illam ſignificationem, in prima hujus nominis impoſitione attentum ſit, nec ne, parùm hic refert ad rem ſcire. Sufficit ad noſtrum ſcopum, (qui eſt Originem Hungarorum, ſubſidiô linguæ, deducere ab Hunnis & antiquiſſimis Scythis,) quòd jam Patris e-

 jus

† Significat ſonum, qualis eſt vacui dolii percuſſi, vel ſimilem ei ſonum.

jus nomen, à genuina ſuâ origine ita deduximus, ut ſimul etiam conſonantiam ejus cum lingua Hungarica demonſtraverimus. (Jornandi, *Dengizich*, eſt *Dinzio*: ſed illud à Priſco relatum, huic præfero.) Alterius filii *Athilæ* nomen, quod eſt *Ernach* ſive *Irnach*, (quod propter *a* in fine, nos jam diceremus per *k*, *Ernák*, vel *Irnák*,) nihil etiam ſono ab aliis nominibus Hungaricis diſcrepat. *Irnák*, eſt tertia perſon. plur. Indicat. præs. *Scribo*; ſignificat enim idem, quod *ſcribunt*. An verò ad *ſcripturam* in prima nominis illius uſurpatione reſpectum fuerit nec ne, nihil neceſſe eſt hîc de eo ſollicitum eſſe. Videtur potiùs non multùm recedere à cognomine quibusdam uſitato, *Hornyák*. Aliqua nominum hujuſmodi, quæ proximè è Scythia Aſiatica noſtri ſecum attulerunt, poterant idiotiſmô Turcarum & aliorum Barbarorum deformari; ideò difficiliora ſolutû nonnunqnam videntur, quàm antiquiſſima quædam extra illam inventa, ceu fontibus ſuis propiora.

VII. Minimum ex filiis *Athilæ*, (qui ut valde probabile, puer tantùm adhuc tùm erat) ſcribit *Priſcus*, vocatum fuiſſe Ἠρνᾶς, *Irnas*. In quo puto ipſum non intellexiſſe benè mentem Patris, dum blandè filiolum dilectum compellaret, non *Irnas*, ſed *Inas* eum dicendo. Quod nomen ut jam *q*. notavi ſignificat,

Pars II. *aga-*

q. Supr. p. 294.

agaſonem; imprimis juvenem ſervilem & agilem continuò circa Dominum ſuum: quô Parentes apud nos, etiam filios ſuos adhuc pueros, agiles & ſerviles, lætabundi, non rarò ſolent jocosè compellare. Quod dum audiret *Priſcus*, à Patre filiolo ſuo gaudente, prolatum, putavit illud eſſe nomen ejus proprium: & dum Hiſtoriam ſcriberet, cenſuit vel ex ſe, vel ab alio non benè informante, *r* interponendum eſſe, ut alteri nomini *Irnach*, ſimilius eſſe videretur. Si quis forte dicat, ipſum *Inas* illo tempore pro nomine proprio fuiſſe uſurpatum; neque hoc facilè mihi perſuadere poſſum: cum conſtantiſſimus ſit ejus & communiſſimus inter Hungaros uſus, tantum in genere, pro ſervientibus Agaſonibus uſurpari.

VIII. Unum præterea ex præcipuis Magnatibus Athilæ, (ſecundum ab Athila,) nominat Priſcus, qui dictus fuit *Ονηγήσιος*, *Onegeſios*. Hic quoque puto aut ipſum erâſſe, non benè alienum nomen percipiendo, (ut ſæpè fit, præſertim apud Scriptores veteres,) aut verò ab alio non rectè pronuntiante deceptum. Noſtræ enim linguæ conſonanter, (neque enim ex *Gothica* vel *Sclavonica*, ejus origo patet,) puto eum nominatum fuiſſe *'Enekes*, (*Cantor*;) non quòd tantus vir officio canendi apud *Athilam* functus fuiſſet, ſed ſolùm quòd illud pro nomine proprio geſſerit: ſicut

in

in hunc uſque diem, multi inter nos, Nobiles & honeſti viri, nunc *Sartoris*, nunc *Pellionis*, nunc etiam *Cantoris* cognomen gerunt, cum tamen ipſi talia non exerceant, ſed ad alia ſint vocati. Venit autem proximè nomen illud, a voce *'Enek*, Cantio. Quæ iterum ortum ducit, ab Hebr. אָנַק, (Anak,) *Clamavit, gemuit, ſuſpiravit*. Hinc, *'Enekes, Cantor*, imo potius, quaſi *Cantioſus*. Cui nomini Græcam terminationem *ιος*, ex ſe addere poterat Priſcus; vel ſi nomen illud, cum additamento literæ *i* fuerit apud Hunnos, (qualia cognomina à locis, ubi præter ultimam literulam *i*, præcedentes omnes, ipſum locum denotant, apud nos ſunt frequentiſſima,) ut diceretur vir ille *'Enekeſi*, jam eò faciliùs, pro more Græcorum *ος* in fine adjici poterat à Priſco; ut fieret integrè *'Ενεκέσιος*, *Enekeſius*; cujus tamen ſonum cum non rectè Priſcus obſervaſſet, ſcripſit *Ονηγήσιος*: quia hoc aliquanto, ad Græcæ vocis *Ονήσιμος*, (*utilis*) ſonum, propinquius, quàm illud erat. De *Edecone* apud Priſcum, hoc tantùm dico; poterat fortè nomen illud *Edék* eſſe, vel potius *Idegen*, (ſignif. *alienum*,) vel *Hegedüs*, ſive juxta Vulgum, *Hedegüs*, h. e. Fidicen. *Βέριχος*, à Priſco † nominatus Nobilis Hunnus, idem eſt, quod *Berekes*, quaſi *Dumoſus*.

IX. Eſt præterea celebris è legatis cujusdam

† In Excerp. p. 66. & 70.

dam Chagani, (Ducis Hunnorum,) qui Menandro, r. nunc *Targitius*, nunc † *Targites* dicitur. Lego tamen apud Theoph. Simocattam, ſ. eundem, etiam Ταρ́ζιον (*Targium*) fuiſſe dictum. Nomen Ταρ́γιος, eſt ipſiſſimum nomen Hungaricum, ſi ſic ſcribatur: *Tárgyos*: vel etiam ſic: *Tárdgyos*: quod ſignificat, tùm Curatorem, tum factorem *metarum*, in quas globi, vel tela jaculantur. Venit ab Heb. & Chald. טרד, *Tarad* & *Terad*, *ejicere*, *occupatum eſſe*. Inde nomen ſubſtant. apud nos *Tárdgy*, *meta*; in quam nempe aſſiduè ejiciuntur tela, vel hoc tempore, globi. Eſt porrò aliud etiam cognomen apud Hungaros, tum literis, tum ſono vicinum, *Tardos*; ſed primum illud *Tárgyos*, propius eſt ad Græcam conſignationem. Fuit etiam è Legatis Chagani, qui Σόλαχος, *Solachos*, nominatur apud Menandrum. Eſt hoc quoque, genuinum Hungaricum vocabulum, ſi ſic corrigatur: *Zálogos*; (qui, vel quod oppignoratur,) ſive propiùs: *Salakos*; quod ſcorias & fæces habet. Facile utrumque, ex Hebr. & Chald. fonte eſſet mibi deducere, niſi tempori & chartæ parcerem. Poſtremum à סלק, (*Selak*,) † in majori Lexic. Buxtorf. ultrò ſe manifeſtat. Sed jam ad aliorum etiam & ve-

r. Menand. de Legat. p. 118. † Pag. 154. ſ. Simocatt. Exc. de Legat. Pag. 177 edit. Par. † *Aſcendere*; *elixare*. Et פסק, *Ceſſare*, *finem habere*.

tuſtiorum nominum ſcrutationem, progrediamur.

X. *Deucalionis*, celebratiſſimi Scythæ nomen, an ab ullo hactenus ſit tentatum, mihi ſanè non conſtat; licet doctiſſimorum quorundam virorum ſcripta, apud quos id genus ſperare poteram, ad manus mihi ſubinde non defuerint. Non tamen deſpero, quin veram ejus originem, aut certè vero ſimilimam, eruere poſſim. Nomen *Deucalion*, deduco ego ab Hebræo & Chaldaico דוק, (Duk) *advertere*, *conſiderare*, *cum cura inſpicere*, *perpendere*, *curare*; (unde & Latinum *Dux*, *Duco*, & Græcum Δεύκω, h. e. *curo*, apud Budæum aliosque; quod obiter nota;) hinc Rabbinis דוּקָא, (Dauka,) *præcisè*; & דַיְקָא, (Dajka) *accuratè*, *exquiſitè*. Participium præſens verbi in Kal Chaldaico, eſt ordinariè דָוֵק, (*Davek*,) conſiderans, procurans, inſpiciens. Poteſt tamen aliquando ו tranſire in א, vel in י, ut ſit דָאֵק, (*Daek*,) vel דָיֵק, (*Dajik*) eodem ſenſû. Quod ſi accedat emphaticum א in fine, ſicut nominibus, erit דוּקָא, (*Douka*) vel דַיְקָא, (*Dojka*) idem ſignificans. Habemus ergo jam principalem nominis Deucalion, partem; quâ idem ſignificet, quod *attendens*, *conſiderans*, *procurans* aliquid; vel Curator alicujus rei, ſive perſonarum. *Dajka*, olim in uſu fuiſſe apud Orientales, imprimis Scythas, noſtrum idioma perſpicuè

 teſta-

teſtatur. Nam nos in hunc uſque diem Nutricem vocamus *Dajka*; eò quòd procuret infantem. Atque etiam, Eccleſiæ Dei magnos Nutricios ac Fautores, uſitaſſimè per Metaphoram, eodem vocabulo exprimimus, præſertim ubi majori cum emphaſi de iis dicere volumus. Uſurpatur apud nos idem nomen, etiam pro cognomine quorundam. Nec alia hujus quoque radix poteſt aſſignari, quàm memorata, דוק. Eſt etiam aliud cognomen inter noſtros, *Dókus*, (quaſi *Doukus*;) quod etiam ex eodem fonte videtur trahere originem. Porro, *Deuka*, † *Dauka*, & *Dajka*, non faciunt à parte rei ullam hîc notabilem diſtinctionem; cum (uti eruditis notum,) & ſonus *a* in *e*, vel vice verſâ, & ו in י apud Hebræos & Chaldæos ceteroſque Orientales, facilè ac frequenter permutantur. Hinc etiam hodie ſyllaba *eu*, pronunciatur à Germanis ac ſi eſſet *ai*. Si vetuſtiſſimi dixerunt *Deuka*, vel *Dauka*, poterant paulatim poſteri illud mutare in *Dajka*; vel potiùs dicendum, ut umque & *Deuka*, (ſeu *Dauka*) & *Dajka* veteribus æquè in uſu fuiſſe. Reliquam nominis partem, videamus.

XI. Nos à nomine *Dajka*, pro more noſtro, in multis aliis etiam nominibus uſitato, formamus verbum immediatè reſultans, *Daj-*

Pars II. [D 2] *kál*,

† Hæc vox (*Deuka*) Sclavis eſt *puella*. Fortè ob curam illius ſexûs circa ſobolem.

kál, h. e. *nutricem* vel *nutricium agit.* Cujus loco licet hodie in uſû potiùs ſit, *Dajkálódik*, vel *Dajkálkodik*; attamen juxta morem linguæ noſtræ, primariò *Dajkál*, à *Dajka* deducitur, ad formam, *Szolgál*, (ſervit,) à *Szolga*, ſervum ſignificante, & *Kapáll*, (fodit,) à *Kapa*, ligone: *Dajkálódik* autem ſive *Dajkálkodik*, eſt verbum frequentativum à priori formatum: ſicut *Szolgálkodik*, (cujus loco hodie eſt in uſu, *Szolgáskodik*, vel *Szolgálóskodik*,) frequenter ſervum vel ſervam agit. Jam à prædicto verbo primario Participium præſens eſt, *Daikáló*, nutricem agens, ſeu procurans; quod à parte rei idem eſt more Chaldæorum, etiamſi hîc loco *ai* dicatur *eu*, hoc modo: *Deukalo*; adde *s* in fine, ut fiat terminatio Græca, erit *Deucalos*, h. e. Δεύκαλος; quod etiam olim erat Deucalionis nomen, perinde ac Δευκαλίων; ut jam rectè obſervavit *Hoelzlinus* in Apollonium, occaſione vocis Δευκαλίδησιν, *s. Deucalidibus*, fultus etiam Etymologicô. Porro etiam *Deucalos*, cum *s*, ſi noſtro more pronuntietur, *Dajkálos*, benè cum Hungarico idiomate congruet, ſignificans, aptum ad nutriendum, vel ſolitum nutrire; ut ſimilia, *Vágós*, *Szoptatós*, (Hungaris nota,) à participiis per *s* formata, oſtendunt. Si quis quærat, unde ſit frequentior illa ter-

s. Apollon. Lib. 4. v. 266. & conf. ibid. Not. Hoelzlini. Item, ad Lib. I. v. 297.

minatio *ίων*, qua *Deucalos*, dicitur *Deucalion*, reſponſio parata eſt. Poterant eam vel Græci, loco *o* vel *os* adhibere; (ſicut dixerunt aliquando etiam *Deucalios*, Δευκάλιος, *) ad formam *Pandion*, *Oenopion*; vel commune erat olim Orientalibus etiam quibusdam, aliquot voces per *on* terminare, (ut veſtigia † in hunc uſque diem oſtendunt,) à quibus Græci ſunt mutuati. Jam igitur habemus, veram nominis *Deucalion*, originem, ejuſque ſignificationem, quæ eſt, eſſe *Inſpectorem*, *Conſideratorem*, *Procuratorem*, *Fautorem*, *Nutritium*; vel habitâ ratione noſtri *s* in fine, *Nutrire vel Curare ſolitum.* Quod nomen appoſitiſſimè ei congruebat, cujus tantam curam & ſollicitudinem, tum in humano genere conſervando, tum in Sacris exſtruendis & promovendis, legimus apud Ethnicos Scriptores.

XII. Nomen uxoris Deucalionis, (filiæ Epimethei, fratris Promethei,) fuit Πύῤῥα, *Pyrrha*; cujus origo facilè detigitur. Venit enim a radice פָּרָא, (Pera) *Currere*. Hinc nobis *Fürhe*, vel *Fürge* (ſive *Phürhe*, vel *Phirhe*, & *Phürge*,) idem eſt, quod *agilis, e, celer, is, e, vividus a, um.* Inde eſt *Fürj*, coturnicis nomen, ob celeritatem: quod nomen adhibetur etiam, in parvulorum celeriter ſe moventium ac vividorum, deſcriptione. *Ollyán mint à Fürj*:

Pars II. [D 3] Simi-

* Vid. Hoelz. loc. cit. poſter. † V. gr. *Gillaíon*, Iſa. 8. v. 1. *Killajon*, Iſa. 10. v. 22. coll. Deut. 28. 65. in Hebr.

Similis coturnici. Quòd Græci geminant literam ρ, in *Pyrrha*, hoc ipſis uſû venit ſæpè ad ſonum ρ, & aſpirationem cum eo fortiùs exprimendam, in aliis etiam vocibus, licet in originali talis geminatio non reperiatur; ut in *Gomorrha* & *Amorrhæus* apparet, ſi Græcam LXX. Int. verſionem, cum Hebræo textu conferas. Imò & noſtri ita pronuntiant *Phürhe*, quaſi cum gemino *r* ſcriberetur *Phürrhe*. Habemus ergo jam nomen *Pyrrha* detectum, ut ſignificet, *agilem*, *celerem*, *ſtrenuam* & *vividam*. Poteſt eſſe Radix etiam פרח, (Pharah, vel Pharach,) *floret*, item, *volat*.

XIII. Unus filiorum Deucalionis fuit Ἕλλην, *Hellen*. אֱיָל, (Ejal,) Hebræis eſt fortitudo. Inde אֵל, (El) *fortis*. Ab eodem fonte habemus nos etiam *'El*, h. e. *vivit*. Vera enim & ſolida vita, ſemper eſt cum fortitudine juncta; ita ut *vividus*, *vigoroſus*, & *fortis*, idem ferè ſignificent. Hinc *'Ellyen*, nobis eſt, *Vivat*. An hoc olim parentes Scythæ *Hellenis* voluerint, in denominando ſuo filio, ut *vivat*, vel ut *fortiter agat*, ſignificare, eruditis conſiderandum relinquo. Certè etiamſi abſque idiomatis noſtri ſubſidio, ex ſola lingua Hebræa & Chaldæa quæreretur nominis hujus origo, ea tantùm inveniretur vera & congrua, quæ fortitudinem & vigorem in ſe includeret; ut dum אַלָּה & אַלּוֹן, (*Allah* & *Allun*,) *Quercus*, venit à radice אָלָה. Eſt etiam

 dictio

dictio apud nos *Helyén* ; quod non ſolùm ſignificat *in loco ſuo* ; ſed etiam adverbialiter pro *helyeſſen*, idem quod, *aptè*, *commodè*, *congruenter*. Priorem tamen formam & rationem originis præfero.

XIV. Verùm *Promethei* nominis origo, his omnibus videtur longè obſcurior eſſe. Jeremias *Hoelzlinus*, *t.* putat *Prometheum* fuiſſe ipſiſſimum *Madai*, ſeu *Medum*, Japheti † filiorum unum, *cujus nomen fabuloſi Græci poſtea ſuum fecerunt.* Quaſi nimirùm priùs *Madai* vel *Medus* fuiſſet verum ejus apud ſuos nomen, Græci verò deinceps transformaſſent in τὸ *Prometheus*. Sed *Prometheum* hunc ipſum antiquiſſimum fuiſſe *Madaj*, eumque *Medis* originem dediſſe, ad meram doctiſſimi *Hoelzlini* conjecturam, nequaquam aſſentior. Nam etſi ultrò concedam, multos olim *Scythas* & *Medos* (ob vicinitatem,) fuiſſe inter ſe permixtos, atque etiam Dialectos eorum cognatas exſtitiſſe, nil repugnem ; attamen novi, *Scythas* & *Medos* pro Nationibus certis ſumptos, (exceptâ interim *Medorum** cum *Scythis* ſucceſsû temporum ſecutâ permixtione,) ſemper fuiſſe apud Scriptores abinvicem diſtinctos. Id requirit etiam prima eorum origo, horum à *Madaj*, illorum verò à *Magog*, & ex parte à *Gomero* : ita ut Scytharum nationaliter conſideratorum ori-

t. In Notis in Apollon. Lib. 3. v. 1085. † Gen. 10. v. 2. * Vid. Sup. Part. 1. p. 8. & Conf. Plin. l. 6. c. 7.

go, ad *Madaj* referri non poſſit. Neque etiam *Prometheum*, ullus unquam ſcripſit *Medorum* parentem fuiſſe, nec Hoelzlinus ad hoc aliquod teſtimonium producit; ſed *Scytharum* Regem, ac per hoc parentem, ejuſque filium *Deucalionem Scytham* exſtitiſſe, ſupra quorundam veterum teſtimonia nos docuerunt.

XV. Sic ergò potiùs de hoc nomine apud me probabiliter ſentio, atque jam ſentiebam, antequam memoratam *Hoelzlini* conjecturam excuſſiſſem. Promethei videlicet, verum olim nomen inter Scythas, fuiſſe *Midi* vel *Madai*, tanquam proprium & domeſticum ejus Nationis: quod valde probabile redditur ex celeberrimi cujusdam Regis Scytharum, (Aſiam olim occupantis, & per 28. annos tenentis,) nomine, qui dictus eſt Μαδύης, *u. Madyes.* † [Puto à radice מְאֹד, (*Meod*) valde: unde מְאוֹדִי, (Meodi,) *validus*, *fortis*, *durabilis.*] Noſtri fortè dixerunt *Máli*; Græci verò ut ſuis flexionibus illud conformarent, addiderunt terminationem ης in fine. Nos ſanè in hunc uſque diem, nomen *Mád*, (Civitatis ad celeberrimos montes viniferos,) & *Mádi*, (à loco *Mád*,) in uſu habemus. Eſt præterea etiam *Mada* apud nos, atque inde nomen *Madai.* Si verò terminatio ης *es*, ad-

u. Herodot. Lib. 1. c. 103. † Nota hîc lucis cauſâ, fuiſſe olim etiam locum *Madia* dictum in *Colchide.* Vid. Ptol. & Ortel. Theſaur. Geogr.

fuit etiam Scythis, in nomine *Madyes*; illud fuit, (aut jam hodie eſt;) *Medgyes*, (ſeu *Medyes*,) quod eſt adjectivum à *Medgy*, ceraſo acriore, (*meraſum* noſtris Latinè dicto,) formatum. Eſt ſanè etiam *Medgyes*, nomen loci apud Hungaros, notiſſimum. Vel fuit *Medvés*, Urſeus, ſeu Urſinus. Atque ſic poſito, quod etiam Promethei Scythicum nomen fuit *Máli*, vel *Madai*; jam quærere debemus, aliud quoque nomen congruum, quod olim nomini *Máli* vel *Madai*, fuerit præpoſitum, ut ex duorum inter ſe compoſitione unum reſultarit. *Biró* apud nos ſignificat *Judicem*, & *Birſ* (verbum) *poſſidet*, *potens eſt*; à radice בִּיר, (Bir.) unde Chaldæis בִּירָה, Birah, & בִּירְתָּא (Biretha) *Regia*, *Palatium*. Hinc *Biró-Máli*, vel *Biró Madai*, idem eſt, quod *Judex Máli* vel *Madai*; ſeu *Potens Madi* ſive *Madai*. Atque hinc ſono B, mutatò in P, & unicâ vocali eliſâ, in primâ voce, in altera etiam levi mutatione factâ, facilè poterant Græci aliud nomen, idiomati ſuo conforme, formare, nempe *Prometheus*. Nam ut rectè Docti jam animadverterunt, x. *mos fuit Græcorum, omnia Barbara nomina, ad ſuum ſonum accommodare.* Sic evenit, ut eandem virtutem Græci in nomine *Promethei*, ſuo idiomati accommodato, expreſſerint, (πϱομηϑεὺς enim, quà Græcum

x. Vid. Jac. Palmer. Notis in Luc. Pſeudomant. pag. 764. & 765.

eſt, ſignificat *Providum*,) quæ vel maximè in eo qui *Biró*, h. e. *Judex* eſt, præſertim integra Nationis, ut *Prometheus* erat, requiritur.

XVI. Sed reſtat adhuc dubium quoddam de *Promethei* nomine excutiendum. Cum enim conſtet, quòd olim † αὐτοὶ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς, καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοὶ, προμηθέας ἀπεκάλουν, *ipſi Athenienſes ollarum figulos, furnorum conſtructores, & quicunque lutea fingunt, Prometheos appellabant*; ex hoc mihi ſubiit animum cogitatio, fuiſſe olim à Vulgo aliud etiam nomen præter expoſitum, ſapienti *Prometheo* affictum; ex quo ſic faciliùs, quàm ex *Biro Madai* vel *Biró-Madi*, τὸ *Prometheus* formari poterat, ut tamen, tum alluſio quædam ſoni ad prius illud maneret, tum etiam ſignificatum figuli, vel tractatoris luti, in eo quod vulgus, (ante formatum illud Græcorum προμηθεὺς,) recenter fingebat, includeretur. Sic nimirum rem hanc concipio; quòd cum *Prometheus* inter homines ſui ſeculi barbaros aliosque Ethnicos, fuerit ſapientiſſimus; ut qui y. διδάσκαλος τέχνης πάσης *Magiſter omnis artis* dicitur; & alibi: z. πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ προμηθέως. *Omnes artes mortalibus à Prometheo*: ac ſignanter, *a. Æs, ferrum, argentum & aurum* e terra *eruiſſe*, ac hominibus eo-

† Lucian. Tom. 1. in Apolog. Ad dicentem, Prometheus es in verbis. Pag. 14. y. Æſchyl. in Promet. Vinct. v. 110. & 111. z. Ibid. v. 505. a. Ibid. v. 501. & 502.

rum commoda monſtraſſe ſcribitur; hinc ſupponendum eſt, eum id quoque docuiſſe homines, quomodo è terra, vel è pulvere terræ, furnos, tegulas, ollas, aliaque vaſa, ac fortè etiam ſimulacra, facerent. Traditur etiam de ipſo, quòd homines *b.* νηπίους ὄντας τὸ πρὶν, ἐννοῦς ἔθηκε, καὶ φρενῶν ἐπηβόλους. *infantes* (*ſeu rudes*,) *prius exiſtentes, intelligentes effecit, & mente præditos*: *c.* Οἳ πρῶτα μὲν, βλέποντες ἔβλεπον μάτην, κλύοντες οὐκ ἤκουον, &c. *Qui primùm quidem videntes, fruſtrà videbant, audientes non* † *audiebant*; *ſed ſomniorum imaginibus ſimiles longo tempore, omnia temerè commiſcebant*; *& neque lateritias domos ſubdiales ſciebant, nec operam tignoriam*: *ſed ſubterranei habitabant, velut rapaces formicæ in ſeceſſibus antrorum opacis*. Ex his Vulgus finxit Prometheum *Luti tractatorem* fuiſſe; qui nempe non ſolùm vaſa & alia lutea, ſed & homines e *luto* ſeu *pulvere terræ*, formaſſet; videlicet cum ex ſtupidis hominibus, cultiores ac ſapientiores feciſſet.

XVII. Ad hoc convenienter exprimendum, non video aptius nomen à Vulgo Scythico excogitatum fuiſſe, quàm *Por methö*, h. e. Pulveris-tractator, ad formam alii noſtri nominis, *Poſztó-methö*, Panni tractator, ſeu venditor,

 etiam-

b. Ibid. v. 442. 443. *c.* Ibid. v. 446. 447. & ſequ.
† Nota hîc Satanam inter gentes, aliquot ſeculis ante N. C. noviſſe phraſi Scripturæ S. loqui. Vide Iſa. 6. v. 9. 10.

etiamſi ſit Pannifex. Ubi *τὸ Methö* vel *Metö*, deducitur meo judicio, non tam à מְצָא, (Mitztzea) mediare, dimidiare; unde eſt noſtrum *Mettzi*, ſcindit; [niſi fortè, quà mutatio hîc צ in ט, quoad ſcindendi ſignificatum conſideratur; ut illius frequentativum, *Metéll*, ſubinde ſcindit, hanc noſtri Metö, cum מצא, Mittzea, cognationem oſtendit:] quàm à Chaldaico מְטָא, (Meta,) quod non ſolùm ſignificat, *Advenire*, ſed etiam *Pertingere*, *Contingere*, ac per conſequens, *Tractare* aliquid; *applicare ſe* ad aliquid, tanquam ad ſcopum: atque hinc Latinorum *Meta*, ab eadem radice. Prior verò pars nominis, *Por*, (pulvis,) venit a פָּרַר, (Parer,) *Comminuere*. Hinc פֵּרוּר, (Perur) Judæis *Mica*, *pulviſculus*, *atomus*. Ex his duobus non ineptè olim conflari potuit *Por-methö*. Hodie quidem nos *Figulum*, vocamus *Fazekas*, h. e. *Ollarius* propriè; (liceat nunc ita loqui;) verùm cùm latiùs pateat ſignificatum *Promethei* apud veteres Athenienſes, (ut vidimus;) nomen etiam latioris ſenſûs ab occupatione circa lutum, ei a Scythis imponendum erat. Quod quàm commodiſſimum erat *Por-methö*; non ſolùm quia lutum vaſorum & tegularum fit ex pulverulenta terra potiùs, quam ex ſolida & compacta; ſed etiam, quia Diabolus in excudenda illa de hominibus per *Prometheum* è luto formatis fabula, reſpexerit ad Creationis

Hiſtoriam, ubi Deus dicitur *d. hominem formaſſe è Pulvere terræ.*

XVIII. Atque hinc ſcribit Pauſanias de *e. reliquiis luti illius, è quo* (ut ille ait,) *univerſum à Prometheo fuit effictum genus hominum*, quòd (χρῶμα δὲ ἐστὶ πηλοῦ σφισιν, οὐ γεώδους, ἀλλ' οἷος ἂν χαράδρας γένοιτο ἢ χειμάῤῥου ψαμμώδης.) *color illis non terreni luti, ſed qualis in ſabulo rivorum*; (*ſeu fiſſurarum per eluviem factarum*,) *& torrentium cernitur.* Innuit in his Pauſanias, putatitias illas reliquias, quas ipſe lapides vocat, fuiſſe arenoſos lapides, ac per conſequens pulveri quodammodo ſimiles. In colore etiam fiſſurarum per eluviem in arenoſis locis factarum, qui ut plurimùm ad rubedinem vergere ſolet, alludit fabula ad Hebræum אֲדָמָה, Gen. 2. v. 7. quod propriè terram rubri ſeu argillacei coloris ſignificat. Hoc etiam me valde confirmat in allata conjectura de *Por-metö*, quòd ab eadem radice, (פרר,) à qua noſtrum *Por*, habent Judæi etiam פָּרוּר, *Parur*, quod ſignificat *Ollam.* Quidni, noſtri majores quoque poterant *Ollam* vocare, non ſolùm *fazék*, à פָּסַק, (Pheſac,) incidere, excidere, ſed etiam *Por-edény*, pulvereum vas? Dicerem in *Cſupor* (parva olla,) ejus eſſe apud nos aliquod veſtigium, ſi certus eſſem, vocem illam eſſe compoſitam, quaſi ſonaret,

d. Gen. 2. v. 7. *e.* Pauſan. Phocic. ſeu Lib. 10. p. 615.

Cſeh-por, h. e. Bohemica olla; (aliàs abſque compoſitione, a חפר, *effodit*, poſſet derivari;) ſed abſque hoc etiam, valde probabile eſt, eum qui occuparetur circa pulverem, ut ex eo efformaret aliquid, vocatum olim fuiſſe à noſtris Scythis, *Por-methö*; quod veteribus Hungaris, ſcriptum fuiſſet *Por-metheu*, ſeu *Por-metheo*; unde facilimum erat Græcis pro ſuo ſono ac dialecto, formare *προμηθεὺς*, *Prometheus*.

XIX. *Orion*, nomen filii *f.* Euryales ex Neptuno, (*noti* vel exeo, quod filiam Oenopionis, Regis in Chio, *g.* annis circiter 1260. ante N. C. ambiverit,) tam manifeſtè ſe prodit, ex eodem fonte eſſe, cum Hungarico nomine *Oriás*, imò ipſiſſimum hoc nomen eſſe, illud terminatione Græcâ, hoc verò Hungaricâ, ut exauditâ utriuſque deſcriptione, nulla hîc contradictio locum habere poſſit. *Orio enim* à magnitudine corporis, ſic paucis deſcribit Apollodorus: *h.* *τοῦτον γηγενῆ λέγουσιν ὑπερμεγέθη τὸ σῶμα.* *Hunc terrâ natum, VASTISSIMA CORPORIS MAGNITUDINE fuiſſe, memorant.* Atqui etiam noſter *Orias* talis eſt quoad magnitudinem. Nam nos *Gigantes* ſolemus illo nomine vocare, nec habemus aliud, præter hoc, quô juxta debitam emphaſin, *Gigantem* exprimeremus. Hinc per ſimilitudi-

 nem,

f. Apollod. Lib. 1. *g.* Vid. Pauſan. de Regno Oenopionis, in Achaic. ſeu Lib. 7 p. 404. *h.* Lib. 1. pag. (mihi) 13. 14. ed. Salmur.

nem, etiam hodie hominem ſuprà modum altum & vaſto corpore præditum, vocamus *nagy Oriás*, h. e. magnus Oriás. Confer hîc ea etiam quæ *Homerus* i. tradit de *Orionis* magnitudine. Habemus autem etiam aliud vocabulum in communi uſû, quod huic cognatum eſſe videtur. V. gr. Dorſum animalis, ubi coſtæ cum ſpinis dorſi arctè junguntur, vocamus *Orja*. Non dubito, quin à robore juncturarum & oſſium illius partis, ſic denominetur. Unde additô *s* in fine, *Oriás*, vel *Orjas*, nobis refert formam adjectivorum, quaſi ſignificaret eum, qui oſſibus, carne, nervis & juncturis firmis eſt præditus. Venit autem *Oriás*, à radice אָרָה, (Arah) *carpſit*; unde אַרְיֵה, (Arjéh,) & אַרְיָא, (Arjah,) *Leo*, à carpenda & diſcerpenda fortiter præda. Hîc, ſi poſteriori τῷ אריא, *Arja*, addas noſtrum *s* in fine, & *patach* in principio, pronuncies ut *o* breve, erit *Orjás*, ipſiſſimum noſtrum nomen, quod ex dicto fonte, ſignificat, *Leoninus*. Congruens ſane Giganti ob *fortitudinem*, item, ob conſpectum *immanem* & *horribilem*, origo. Habemus nos etiam ſubſtantivum *Erö*, (h. e. fortitudo,) & inde adjectiv. *Erös*; (fortis;) quod pariter à dictâ radice deducendum cenſeo. Si quis fortè contendat, noſtrum *Orja* & *Orias*, ab ערה, (Arah,) *cohæſit*, *adhæ-*

i. Odys. XI.

adhæſit, poſſe æquè derivari, quòd in *Orja* juncturæ ſibi firmiter cohæreant; id quoque nihil ſcopo meo officiet: cum & ex hac radice ſequatur *Oriam* eſſe, qui corpore robuſto, & membris omnibus benè compactis eſt præditus; quales fuiſſe *Gigantes*, non eſt dubium. Primam tamen pro *Orias*, præfero originem. *Orionis* quoque eadem eſt origo, quæ & *Orias*; niſi quod terminatione differunt. Poterant nempe Græci, (ſicut ſupra in Deucalione,) *on* ad τὸ Hebr. אֲרִי, (Ari, h. e. *Leo*,) adjicere, ſono *a* in princ. mutato in *o*; vel potius ab aliis Orientalibus id acceperunt. Nempe אֲרִי און, *Ari-on*, Hebr. eſt *Leo roboris*. Poterant Phœnices rectè, eo nomine uti. Habuiſſe tamen etiam noſtros olim, און, *on*, in ſignificatione certa, non ſolùm 'On, plumbum, (quaſi *vile*,) oſtendit, ſed etiam quod ad ſcopum magis facit, *Onad*, (cujus ultima ſyll. *ad*, eſt tantùm affixum ſec. perſ. ut in *Hunyad*, *Várad*,) nomen fortalitii in Hungaria. At ſivè à ſe τὸ *on* Græci addiderint, ſive ab aliis habuerint, ſufficit ad ſcopum, quod *Orion* & *Orias*, in eo quod principale eſt, conveniant. Nec ignoro, poſſe hîc putari, quòd *Orion* ſit quaſi אורי און, h. e. *Lux mea robur*; ſed veteri *Orionis* deſcriptioni, (ut hominem notat,) data jam origo convenit.

XX. *Alcathous*, Rex Megaræ, Deucalides, nonâ generatione à Deucalione, (nem-

 pe

pe circiter annis 1278. ante N. C.) idem mihi eſt tantum, quod *Alkotó*, vel *Alkotós*, q. d. *Alkotoós*, (Pauſaniæ Ἀλκάθους, Apollodoɪ ὁ Ἀλκάθοος,) h. e. *Fundator*, *Conſtructor*, *Ædificator*, à noſtro *Alkot*, & *Alkottya*; h. e. *Fundat*, *ædificat*: Unde *Alkotmány*, ædificium, ſtructura. Radicem noſtri verbi cenſeo eſſe, לקט, (Lakat,) quod eſt, *Collegit*, *Conjunxit*, cum addito א in principio. Originis hujus ratio congruentiſſima mihi eſt ex Pauſania; qui poſtquam dixiſſet, k. *Niſo jam mortuo, & everſis Megaris, ab Elide Alcathoum veniſſe*, illicò, de reſtaurata per ipſum Alcathoum Megarenſium Urbe, hæc ſubjicit: Μαρτύριον δέ μοι. τὸ γὰρ τεῖχος ᾠκοδόμησεν ἐξ ἀρχῆς ἅτε τοῦ περιβόλου τοῦ ἀρχαίου καθαιρεθέντος ὑπὸ τῶν Κρητῶν. *Teſtimonio mihi ſit, quod MURO IPSE de integro EREXIT, quorum fuerant veterem ambitum Cretenſes demoliti.* Et infra. l. *Oſtenditur* (in Arcæ Megarenſi, *cui ab Alcathoo nomen*.) *Deorum etiam focus, quos Prodomeos vocant*; (quaſi præſtructores;) *quibus rem divinam feciſſe* † *tradunt Alcathoum, cum eſſet murorum FUNDAMENTA JACTURUS. Juxta eum focum lapis exſtat, ſuper quo citharam depoſuiſſe Apollinem tradunt, cum MUROS FACIENTI Alcathoo operam eſſet ſuam navaturus.* Hæc ille. Ubique *Alcathoum* ita deſcribit, ut qui ipſe fuerit Archi-

k. Pauſan. in Att. ſeu Lib. 1. P. 77. l. Pag. 78.
† Θύειν.

tectonicæ peritus, atque etiam manus ipſe ſtruendis muris admoverit. Quia ſcilicet, omnes alios inferioris ſortis operarios, in hac arte ſuperavit; ideo principalem ſe in opere directorem eſſe voluit. Uxor ejus πυργώ, *Pyrgo*, (apud Pauſan.) ejuſdem eſt mihi originis, cujus & nom. *Pyrrha*, h.e. *Phürge*, vel *Phürhe*: quamquam etiam τῷ *Pergö*, (*cum ſonitu celeriter verſatilis*,) affine eſſe videtur.

XXI. *Tyndareus*, (Græc. Τυνδάρεως,) Pater Helenæ Argivæ, annis circiter 1230. ante Nat. Chr. venit mihi à Scythico noſtro *Tündér*; (ac ſi ſcriberem *Tyndér*;) quod ſignificat nobis hominem adeò agilem ac celerem in ſuis motibus ac geſtibus, ut facilè ſe poſſit ſubtrahere ab oculis hominum, vel ſe permutare. Eſt etiam quaſi loco ſubſtantivi, ut ſignificet, ſive eam vim, quæ facit hominem adeò agilem; ſive ipſum hominem in concreto, qui tali vi præditus eſt. Hinc *Tündéres* adjectivum, qui nempe eâ vî agilitatis præditus eſt: quaſi dicas *agyrtam*, ſeu præſtigiatorem, niſi quod noſtrum *Tündér* & *Tündéres*, mollius quid ſonat, & honeſtius. Dicitur etiam apud nos *Tündér*-Orſzág, quaſi dicam, *Tyndareum Regnum*; per quod etſi Vulgus noſtrum, ineptè Tranſylvaniam intelligit, quaſi *Tündér* eſſet *Erdély*; (Tranſylvania;) attamen ſi me non fallat memoria, ex initio ſaltem Hiſtoriæ cujuſdam trivialis

 Rhyth-

Rhythmicæ lecto, (cujus initium eſt: *A Tündér Orſzágrul böséggel olvaſtam; Olaſz Chronicabul kitmeg forditottam.* ‡ &c. Reliqua Hiſtoriæ intima, nec tempus legere mihi permiſit, nec Deo placuit, cujus gratia altioribus me ſemper delectari voluit;) ex initio inquam illo, puto per hoc, vel Regnum Trojanorum, vel in genere, veterum eorum, apud quos tam miræ olim metamorphoſes fuiſſe finguntur, intelligi. Si ad manus haberem circumforaneam illam Hiſtoriam, certius quid hic dicere poſſem; illud tamen quod de nativa ſignificatione *Tündér* dixi, tàm certò ſcio, quàm aliorum vocabulorum vernaculi idiomatis, ſignificata. Fallar ſanè, ſi etiam vanitas quædam, quam à vaniſſimis olim puer didici, h. e. Cantus aliquis puellularum, (ludentium ludum, ipſis dictum, *Lapoczkás táncz*,) qui incipit, *Tündérek jövének*, &c. h. e. *Tyndarei veniebānt*, &c. ſi inquam veſtigium non eſt ejus rei, quòd aliquando noſtri majores, illud *Tündér* & *Tündérek*, pro ſpecialibus quibusdam, & aliis, ob virtutes ac geſta admirandis perſonis, fortè etiam veneris cultui addictis, quales fuere Trojani & multi alii olim in Græcia, uſurpaverint. Eſt ergò *Tyndareus*, idem quod *Tündéres*. Cur autem *Tyndareus* ita dictus ſit, aperta mihi ratio hactenùs ex ſcri-

‡ H. e. *De Tyndareo Regno fuſè ego legi; Quod ex Italico Chronico tranſtuli.* &c. *m*, Apollod. Lib. 3.

ptoribus non conſtat; niſi forte ex eo, quod ille à quibusdam, *Naidis m.* cujusdam (Bateæ) Nymphæ filius fuiſſe dicitur. Nam & delicatas Nymphas, ſolent noſtri amantes, ſubinde per jocum *Tünderes* vocare, & vice verſâ hos illæ.

XXII. Accedit, quòd *Tyndareus* illo adhuc tempore vixit, quo in ejus proſapia, tam admirandæ perſonarum in aliud quippiam, transformationes viguiſſe, à fabulatoribus ſcribuntur. Ut v. gr. Quando *Jupiter* cum hujus *Tyndarei* uxore concubuiſſe dicitur, (ex quo concubitû eſt *Helena*,) tunc in Cygnum mutatus fuiſſe fingitur; ac interea, T*yndareus* quoque eadem nocte eam impleviſſe *n.* refertur. Oportet ſaltem ex vi nominis ſui, agilem ac ſtrenuum virum fuiſſe, T*yndareum*, qui perpetuò rebus ſuis circumſpectè invigilaret. Id enim etiam altior nominis origo requirit. Nam & T*yndareus*, & noſtrum T*ünder*, venit à radice antiqua Chald. תְּדַר, (Tedar) unde תְּדִירָא, *Jugiter*; item, *juge*, *continuum*. Inde, quàm facile erat veteribus formare T*ünder*, & T*yndar*, imprimis ex dageſſato Pahel, תַּדֵּר, (pro T*ander*;) vel ex Pihal Hebr. תִּדַּר, T*yddar*, (quod eſt T*yndar*,) ut ſic more Chaldæorum dages tranſiret in *nun*; ſicut in voce מַנְדַּע, (*Manda*,) pro Hebræo מַדָּע, (*Madda*,) *ſcientia*.

n. Apollod. Lib. cit.

XXIII. Nomen quoque uxoris Tyndarei, *Leda*, omnimodè ſe prodit, origine ſuâ eſſe aut reverà Scythicum, aut Scythico idiomati noſtro valde cognatum. Habemus enim ea nomina in uſu, v. gr. *Láda*, ciſta; *Lád*, & *Ladány*, nomina locorum; *Lúd*, anſer; *Ludas*, (literaliter quidem ſonat, *anſerem poſſidens* vel *geſtans*, ſed in jure pro *perjuro*, ob perjurium infamiâ notato, accipitur;) e quibus facilè nominis illius originem dare poſſimus. Quæ nomina ego, non à ילד, (*Jalad*) per abjectionem primæ radicalis deduco, [ut, לדה, (*Leda*,) *partus* Hebræis,] ſed potius à radice לוד, (Lud,) quod doctiſſimo *Bocharto* o. jam obſervante, idem eſt cum Hebræo לוז, Luz, (*declinare*, *obliquare*, *torquere*, *anfractuoſum eſſe*,) per mutationem ז in ד, ut in דהב (Dahab) pro זהב, (Zahab,) *aurum*. Hinc & לדה, *Láda*, (ciſta ſeu arca,) ob ſinuoſam ejus aperturam, (ſi benè ſit parata,) & ob diverſa ejus receptacula, ut quæ eſt quodammodo anfractuoſa, & impedimentis obſita, ne cuivis patere poſſit; & *Lúd*, (*anſer*,) ſive ob collum, quod *ſinuosè*, huc atque illuc ſubinde torquet, ſive ob *confuſos* & *inconditos* clamores, rectè deducitur: ac noſtrum quoque *Ludas*, ob declinationem à vero, ejuſque perverſionem, non inconcinnè ſignificat, perjurum infamiâ notatum. Loca autem, *Lád*,

o. Phaleg. Lib. 2. c. 12.

vel *Ladány*, poſſunt ab aliqua ſui anfractuoſitate, vel perplexitate ſic vocari. (Eſt & *Lade*, * inſulæ in Æolide nomen apud veteres; & *Ladas*, celeberrimi Curſoris apud Pauſaniam.) Sed de muliere *Leda*, maximè nos hîc juvant, *Lúd* & *Lâla*; hoc interea tum hîc tum alibi obſervatô, quod diſcrepantia *e* & *a* nullo modo noſtro hîc obſiſtit inſtituto. Habent Græci λῆδος & λῆδον, quorum ſono & *Leda* volebant conformare. Jam videamus veſtigium nominis *Ledæ* in prædictis vocibus. Sic de *Leda* ex quorundam ſententia ſcribit Apollodorus: *p.* ταύτην τὴν Διὸς φεύγουσαν συνουσίαν, (λέγουσι) εἰς χῆνα τὴν μορφὴν μεταβαλεῖν. *Cum ea Jovis concubitum fugeret*, (dicunt,) *in* ANSEREM *mutatam fuiſſe*; atque ſic *Jovem* (ut author ſubjicit,) *in Cygnum transformatum, cum ea coiiſſe.* Vides hîc manifeſtè, *Ledam* dici anſerem, quod nobis per *Lúd* indigitatur. Et paulo poſt ſcribit Apollodorus, *ovum* Ledæ ſic in *Lud* transformatæ *partû editum, opilionem quendam inveniſſe, & allatum Ledæ dediſſe*: Ledam autem id ovum, εἰς λάρνακα, *in* ARCAM *reconditum cuſtodiiſſe, & ſuo demùm tempore inde ortam fuiſſe Helenam.* En jam hîc occurrit etiam ARCA, quæ à nobis per τὸ L'ADA ſignificatur. Quis vel mediocriter in fabulis veterum verſatus, ac judicio præditus, poſtquam *anſeris* & *arcæ* ea nomina Scy-

* Vid. Steph. & Pauſan. *p.* Apollod. Lib. 3.

thica audit, quæ nomini *Leda* admodùm cognata ſunt, non ſibi facile perſuadeat, inde hujusmodi fabulam de *Leda* natam eſſe, quia in ejus Natione ac idiomate, *anſer* & *arca*, h. e. *Lud* & *Láda*, ejus nomini fuerint non tantùm ſono, ſed & ſignificatione valdè affinia? In *Lúd* ergo mutata eſt *Leda*, quia nomen ejus fermè erat *Lúd*; imò fortè à quibusdam, aliqua de causâ, vocata eſt etiam *Lúd*, vel *Ludas*. In *Láda*, (ſeu *arcam*) repoſuit ovum; quia intra ſuum uterum ſemen recluſit, atque fœtum conceptum illic ad tempus parturitionis, ea ipſa quæ erat nomine *Láda*, reſervavit. Poterat autem mulier hæc dici *Láda*, ſi erat curioſa conſervatrix rerum Mariti ſui. Poterat dici *Lúd*, ſi perplexos & tortuoſos habuit mores; quam tamen rationem parentes in ſua ſpe non reſpexerunt ſine dubio, dum hoc nomen ei impoſuerunt; ſed fortè potiùs, quòd in rebus ſuis artem non cuivis obviam, ſervatura eſſet. *Ludas* poterat nominari, ſi præclaram habuerit Oeconomicam induſtriam, maximè in anſerum gregibus ſpectabilem.

XXIV. Filia hujus *Helena* celeberrima, (quod nomen nobis eſt *Ilona*, domeſticum & avitum,) rectè olim poterat dici *'Elö-Anya*; (Viva, vel vivida ac vegeta Mater;) cujus utriusque membri origo Hebraica, ex ſuperioribus *q.* patet. Nemo enim putet τὸ Ἑλένα ſeu

q. Huj. cap. §. 13. & c. 7. §. 13.

ſeu 'Ελένη, eſſe nomen origine Græcum, quà mulieris prædictæ nomen eſt; ſed à Græcis ex aliena origine, in ſuum ſonum ita transformatum. Facilè ex *Elö-Anya*, ſeu *Elö An'a*, eliſâ unicâ vocali, & alterâ in ε mutatâ, poterat fieri 'Ελένα. Noſtra hîc illuſtrat habitus etiam *Helenæ* ab Homero deſcriptus. Vocat enim eam, r. τανύπεπλον, h. e. *extenſum* ac *longum peplum habentem*. Item; ſ. λευκώλενον, h. e. *Alba brachia habentem*: ſcilicet, non immediatè de carnis albedine loquitur; ſic enim congruentius erat, faciei vel totius corporis albedinem commendare, quàm brachii; ſed de laxis induſii muliebris (*ing-váll* noſtris dicti,) manicis, ex ſubtiliſſima & candidiſſima ſindone factis. Atqui uterque hic ornatus, adeò eſt proprius *Hungaricis* (ac earum imitatricibus *Sclavonicis* & *Dacicis*) mulieribus, ac ſi harum aliquam *Homerus* deſcripſiſſet. In iis enim videre datur, quasdam gerere peplum à capite ad calcem uſque protenſum; quasdam verò pepla quidem ad lumbos tantùm demittere; verùm iis inſtar vexillorum, ad dextram & ſiniſtram a tergo latè extenſis, ſeſe ornare. Amictus quoque brachiorum illis peculiaris, inde a carpo manûs, usque ad radicem brachii, (exceptâ occaſione frigoris extrà domum, dum chlamyde, albedo illa materiæ ſubtilis, tegitur,) per omnia albus eſt, juxtà

r. Odyſſ. 15. ſ. Iliad. 3.

Homeri deſcriptionem. Innuo hîc *Helenam*, ortû quidem antiquo & habitû, fuiſſe *Magaricam* Argivam; at jam pro illo ævo *Græcizantem*.

XXV. *Alexander* antiquiſſimum multorum, ac inprimis celebris illius apud Homerum, *s.* Amaſii & *Raptoris* Helenæ, nomen, eſt compoſitum ex *Alak* & *Sandor*. Primum illud ſignificat nobis, *Pulchrum*, *formoſum*; ac ſpecialius hodie, pro ornatiſſimis funambulonum *Puppis*, accipitur; [fortè quia olim noſtri Deorum quoque ornatiſſimas imagines, (quibus ſcilicet in locis, iis u ebantur,) ita vocarunt;] atque etiam de puerulo venuſtiſſimo dicitur; *Olyan mint az Alak*; Eſt ſicut Alak. Et *Alakom*, (de tali puero:) *Meum Alak*. Radix eſt ipſum אלק, *Alak*. Nec dubito antiquos Rabbinos & Chaldæos in uſu hanc radicem habuiſſe, atque hinc formâſſe ſuum illud אֱלָקָא, (*Elaka*,) pro *Eloha*. Et, אלקים, (*Elakim*,) pro *Elohim*. Pro alia quoque ſuperſtitioſa ipſorum, nominis hujus in אלודים, (*Alodim*,) mutatione, non deeſt nobis aliquod lumen. Nam radicales illius eædem ſunt, quæ noſtri *'Ald*, (אלד,) h. e. *Benedicit*. Sed ad ſcopum. Alterum iſtud *Sándor*, eſt nobis hodie id ipſum, quod aliis *Alexander*, à nulla Natione aliena in Chriſtianiſmo acceptum, ſed inde à majoribus ad nos transmiſſum; uti

s. Loc. cit. Iliad. 3.

vel ſola ejus forma (ut taceam vetus quoddam de nomine *Sándor* proverbium,) oſtendit. Fons ejus eſt, vel סָדַר, (Sadder,) *ordinare*; ut ſic *Alak-Sandor*, ſignificet *venuſtè ordinatum, aptatum*: vel שְׁדַר, (*Shedar*,) *mittere, emittere*; quod *Venuſtæ proſapiæ* ſit *emiſſio*, ſeu progenies. Sed primam hîc originem præfero, à סדר. [Nec deeſſet mihi ad utrumque verbum, lumen ex aliis vocibus Hungaricis; at illis immorari nolo.] *Nun* hîc ut notum Chaldaiſmi peritis, ex *dages* eſt ortum. Origo data & explicata, benè congruit cum Homeri mente; cui ſubinde dicitur Alexander ille, Ἀλέξανδρος θεοειδὴς, *Alexánder formâ Deo ſimilis.* Videmus ergo, id quod olim fuit *Alak-Sándor*, à Græcis demùm, mutatâ finali terminatione *dor* in *dros*, & *k* atque *s*, in ξ, ejuſdem cum iis valoris, dictum eſt junctim, Ἀλέξανδρος. Origo ſanè hæc per ſe clara, eſt; nec unquam Græcus è ſuo fonte nomen illud reſolvet, ſi noſtra rejiciat. Nam ex vocib. Ἄλεξις, † (*auxilium*,) & [genit.] ἀνδρὸς, (*Viri*,) fruſtra quis nomen *Trojanum* excudere nititur. Non eſſet mihi difficile, etiam hæc nomina *Theſtius*, (pater erat Ledæ,) *Dardanus*, *Thurius*, (Gigantis nomen apud Pauſaniam *t*;) *Æneas*, *Epeus*, *Tydeus*, *Turnus*, aliaque non pauca hujus farinæ, in Græcia

 olim

† Vid. Phavor. Lex. *t*. Pauſan. in Lacon. ſeu Lib. 3. pag. 197.

olim audita, ſed minimè originis Græcæ, explicare, ſi brevitati etiam mihi non eſſet ſtudendum; & ſi non ea quæ paſſim à me explanantur, ſatis ſuperque originem & antiquitatem Nationis Hungaricæ, apud æquos judices, illuſtrarent.

XXVI. Porrò moneo lectorem de illis nominibus, quæ à me ad ſuas origines reducuntur, non me ſupponere, quaſi omnes illi, qui ea nomina tanquam ſibi domeſtica olim uſuparunt, fuiſſent ſoli noſtræ Nationis majores; ſed innuere hoc, quod & noſtri majores fuerunt, & præctereà illi, qui noſtris majoribus valdè cognatum idioma habuerunt. Nominibus Virorum, unum adhuc ſatis celebre, *Herculis* nimirùm, ſuperaddam, ne & hoc, inter tot celebrium nominum explanationes, intactum maneat.

XXVII. Nomen *Hercules*, quod Græcè eſt Ἡρακλῆς, nequaquam componitur ex vocibus Ἥρα, (Juno,) & κλέος, (gloria,) ut quidam Græci olim nugati ſunt: (quod figmentum rectè refutat *Diodorus u.* Siculus, nec tamen ipſe

Pars II. veram

u. Biblioth. Hiſt. Lib. I. pag. 21. ed. Hanov. τὸν δὲ ἐξ Ἀλκμήνης γενόμενον, ὕστερον -- Ἀλκαῖον ἐκ γενετῆς καλούμενον, ὕστερον Ἡρακλέα μετονομασθῆναι, οὐχ ὅτι δι' Ἥραν ἔσχε κλέος, ὥς φησιν ὁ Μάτρις, ἀλλ' ὅτι τὴν αὐτὴν ἐζηλωκὼς προαίρεσιν Ἡρακλεῖ τῷ παλαιῷ. &c. *Ipſum autem* Herculem (juniorem, dicunt, ſcil. veteres) *ex Alomena genitum poſtea; -- qui ab ortu Alceus vocabatur, demùm Herculem fuiſſe cognominatum; NON QUOD PER JUNONEM GLORIA ei contigerit.*

veram nominis originem pandit;) quaſi ideò hoc nomen habuiſſet, quia per Junonem ei gloria obtigiſſet; ſed ab Orientis penû ejus origo petenda eſt. Hoc ego nomen deduco, a rad. חָרַק, (Charak, vel, Harak,) quod inter alia ſignificat etiam *ſcindere*, *rimas facere*. Ita etiam Arabibus ex eodem fonte eſt, חָרַק, (Charaka,) *Fidit*, *laceravit*, *corrupit*. Item, Durum ſe præbuit. Quibus ex conſequenti, adde etiam, *Exſtirpavit*. Habemus ergò jam verbum, quod nomini Herculis quoad principalia, atque etiam rebus geſtis, (ut mox dicemus,) reſpondet; ſolummodo paragogicum *l*, ſignificatione cognatâ vel eadem manente, hîc requiritur. En ſubſidium ad hoc tibi do perſpicuum. *Harkály*, eſt nomen apud nos avis cujuſdam variegati coloris, roſtro magno inſtructæ, ac ſemper in arboribus ſcindendis ac profundè excavandis, vermiculorum quærendorum causâ occupatiſſimæ & laborioſiſſimæ. Quis hoc nomen, quod Hebraicis literis rectè ſic ſcribitur, חרקל, negabit à prædicta derivari radice, præſertim cum & ח, in aſpirationem Latinorum *H*, ſæpe apud nos tranſeat, atque inſuper frequentiſſimum nobis ſit (non ſine exemplo aliorum Orientalium,) paragogicum *l*, radici Hebraicæ adjungere? Quis etiam fundamentalem

 ho-

uti Matris (Author) *interpretatur; ſed quia Herculis antiqui ſtudia æmulatus*, &c.

horum nominum, *Hercules* & *Harkály*, inter ſe convenientiam, poſt lucem de hoc poſtremo datam, ultrò non agnoſcat? Jam verò conſidera mi lector, Herculi inter alia tribui, quòd x. *terram à beſtiis repurgaverit*; cujus latior ſenſus eſt, quod noxia è medio hominum exſtirpaverit; item, *Herculem*, ut jam doctiſſimus *Huetius* y. ex Euſtathio annotavit, *cognominatum fuiſſe ab Erythræis* ἰποκτόνον, (h. e. vermium interfectorem.) *à VERMICULIS vineas corrodentibus, quos abegit ex ipſorum regione, & profligavit*. Hæc me inducunt, ut mihi perſuadeam, avi memoratæ, ob continuos & ſtrenuos ejus in quærendis ac perdendis vermibus labores, umbratilem quandam, cum laboribus *Herculi* adſcriptis, ſimilitudinem habentes, nomen *Harkály* à noſtris majoribus fuiſſe impoſitum; ceterùm primariò & originaliter iſtud Herculis fuiſſe: ita ut noſtri ſuo idiomate *Herculem*, cujus cultui z. erant addictiſſimi, *Harkály* olim nominaverint. (Ad minimum ſaltem, utriusque nomen ſimile, ex eodem fonte fuiſſe petitum, ultrò liquet.) Quod nomen non dubito, ſive in hac ſive in alia paulò diverſâ forma, etiam aliis in Oriente, inprimis, Syris, Phœniciis ac Ægyptiis, fuiſſe commune; à Græcis autem & Latinis ita

x. Diod. loc. cit. y. Demonſtr. Evangel. Prop. 4. pag. 278. ed. Amſtel. z. Vid. ſupr. (ex Herod.) pag. 49. 50.

ita conformatum, (ubi nota, Latinum [*Hercules*,] noſtro propiùs quam Græcum accedere,) ut quisque ſuo idiomati congruere, judicarunt. Si per *s* apud nos olim hoc quandoque deſierit, debuit dici *Harkályos*. Nobis interim domeſticum hoc eſſe, patet non ſolùm ex voce *Hurok*, h. e. *laqueus* avium, unde, accedente paragogico *l*, fit *Hurkol*, h. e. illaqueat, ab eadem radice חרק; (ubi & ſignificatio, datæ ſuperiùs ſignificationi *corrumpendi*, cognata eſt;) ſed etiam ex aliis ſubſtantivis, ad ſimilitudinem τȣ̃ *Harkály*, acceſſione ejusdem paragogici *l* formatis; ut, *Király*, *Dagály*, *Aſzály*, *Homály*. &c. His ita ſe habentibus, non dubito, jam nos habere verum etymon, veramque ſignificationem nominis *Hercules* è noſtro idiomate, cum radice memorata collato, detectam; quòd nimirùm ſignificet *Rimatorem*, *Scrutatorem* indefeſſum, *Exciſorem*, *Exſtirpatorem*, ac *Deſtructorem*, ſcil. malorum atque noxiorum, ac per hoc, *durum* & *terribilem* ſuis hoſtibus. Non eſſet mihi difficile explicare etiam è noſtro *Magos*, ſeu *Magas*, (h. e. *Excelſus*, *Eminens*,) cûr Hercules *Maguſanus* † ſit dictus; niſi ſtudiô brevitatis jam ad alia avocarer. Unum tamen

Pars II. quod

† De etymo hujus nominis ſollicitè deſudantem, vide Servatium *Gallæum*, Diſſertation. de Hercul. Maguſan. p. 653. in fin. Diſſert. de *Sibyll.* Nota interim tres hìc eſſe radicales, nempe מ, ג, ס, (vel ש;) unde & *Magorum* apud Perſas nomen.

quod ferè mihi exciderat, lucis causâ de *Hercule* ſubjungo; nempe, nos habere verbum etiam *Harczol*, (ſive *Hartzol*,) h. e. pugnat; unde, *Harczoló*. Pugnans; & *Harczolós*, Pugnax. Hæc cum nomine *Hercules* & *Harkály*, magnam habent, tum in ſono, tum in re ipſa ſimilitudinem. Quàm facilè hinc Latini, mutato noſtro *cz*, in ſuum ſimplex *c*, potuerunt formare *ὦ Hercules!* Varios autem recenſere *Hercules*, quorum ſex meminit Cicero, *eorumque antiquiſſimum e *Jove* & *Liſyto*, ſecundum *Ægyptium*, ultimum verò ex *Jove* & *Alcumena*, (qui & Thebanus,) genitum fuiſſe dicit; & alterius & altioris, quàm hoc opus patereiur, eſt conſiderationis.

XXVIII. *Σάμος*, nomen celeberrimæ inſulæ inter *Cycladas* ad Cariam, quod Latinè *Samus*, nobis verò pro more idiomatis, *Szamos*, ſicut inſulæ memoratæ, à Phœnicibus ut probabile impoſitum, ab altitudine montium, ſic dictum eſt; ut rectè jam doctiſſimus Bochartus, *a.* ex Strabone, aliisque, & ex origine nominis (סמי Sama Arab. *eminere*,) docuit; ſic noſtris quoque majoribus in ſignificatione vel eadem vel cognata, domeſticum fuiſſe, nomen Hungaricum fluvii *Szamos*, per Tranſylvaniam & partem Hungariæ,

* Cicer. de Natur. Deor. & ex eo Marshamus, Can. Chron. p. (mihi) 302. *a.* Boch. Chanaan, Lib. 1. c. 8.

riæ, in Tibiſcum decurrentis, perſpicuè oſtendit. Eſt etiam apud nos Arx in edito ſita, *Szamos Ujvár*. Unde, quemadmodum inſulam inter Cycladas, Phœnices fortè eo nomine denominarunt; ſic *Samothraciam*, ante hoc compoſitum nomen, (olim enim ſimpliciter *Samos*, eam vocatam fuiſſe, teſtis eſt Strabo, poſt Diodorum, *b.*) à noſtris antiquiſſimis majoribus, *Szamos* dictam fuiſſe, non eſt improbabile. Originem autem noſtri nominis ego deduco ab Hebræo & Chaldaico סום, (Sum,) quod non ſolùm eſt *ponere*; ſed ut derivata inde oſtendunt, etiam *apponere*, *coacervare*, *tumere*, *elevare*, in *ſummam colligere*. Hinc סומא, (Suma,) *Tumor*, poſitio *tumens* & *elevata*. Item סְמָא (Sama) Summa rei. Atque hinc nobis *Szám*, h. e. numerus, quaſi collectio rei & numeri. Et *Száma*, cum affixo tertiæ perſonæ, numerus ejus. Et *Számos*, (per longum *á*,) numeroſus, pro multo. Dum fluvius dicitur *Szamos*, (per *a* breve,) non dubito, quin à ſuperba aquarum ejus *extumeſcentia*, non raro ripis & ad ripam exiſtentibus nocivâ, ita ſit dictus; licet jam hodie in uſu communi, ea vocis ſignificatio, (meo ſaltem ſcitû,) haud obtineat. Origo tamen nominis, veterem ejus uſum, & ſignificationem, demonſtrat. Eſt etiam radix זום,

 (*Zum*,)

b. Geogr. Lib. 7. ſub fin. ubi Latinus textus deſinit. p. 331. Conf. Diod. Sic. Lib. 5. p. 321.

(*Zum*,) Syris, *reſonare*; unde pariter congruum eſt, fluvii *reſonantis* nomen deducere.

XXIX. *Argos*, à quo celeberrimi Argivi, nomen Urbis & Regionis in Græcia notiſſimæ, primùm *Ægialea*, c. à fratre Phoronei Ægialeo, mox *Apia*, ab Api, filio Phoronei, atque etiam *Pelaſgia*, à Pelaſgo; deinde *Argos*, *Argia*, & *Argolis*, ab Argo, nepote Phoronei, per filiam Nioben, demùm verò *Peloponneſus* à Pelope, dictæ, ne penitùs intactum relinquamus, ad rem noſtram aliquomodo pertinere videtur; cum noſtrorum quoque majorum antiquiſſimos, in ea etiam Regione habitaſſe, jam in ſuperioribus ſuppoſuerimus, & ut valde probabile adſtruxerimus.

XXX. Magni nominis *Bochartus*, † dum nomen Navis Jaſonis, Ἀργώ (*Argo*) olim dictæ, deducit ab אָרַךְ, (Arak,) *prolongavit*, quaſi ea dicta fuiſſet ארכא, navis *Arco*, h. e. longitudinis, & *Caph* ut ſæpè fit, mutatum eſſet in *Gimel*; eadem operâ videtur etiam Regionis nomen *Argos*, unde Navis longa profecta eſt in Colchidem, à dicta radice deducere. Verùm obſtat, quod antequam navibus longis in Græcia uterentur; (hanc enim de qua loquimur, ſcribit Apollonii Scholiaſtes, *d. primam fuiſſe longam navem*, ſcilicet in-

c. Vid. Apollod. Lib. 2. † Geogr. Sacr. Part. 2, Lib. 2. c. 11. d. In 1. Lib. Apollon. ad v. 4.

inſtar Triremis; quod vel de inſigni longitudine, vel de navibus Regionis illius, intelligendum puto;) jam antea dudum erat nomen *Argos*, apud veteres Græciæ incolas. Si verò dicatur apud Phœnices, longè ante expeditionem Jaſonis, jam fuiſſe naves ארכא, (arco) *longas*; reponemus, nullum eſſe vel minimum in antiquitate veſtigium, quòd Regio *Argos*, à navibus Phœnicum longis, fuiſſet denominata. Quamquam meritò poſſumus etiam dubitare, an olim Phœnices, eâ voce, vel eadem radicis flexione, quâ conjicit *Bochartus*, naves longas, (vel epithetum earum,) nuncupârint. Poteſt enim etiam a נְגַד, (Negad,) *trahere, extendere*, longus & *longitudo* deduci; ut patet ex Paraphraſi Chald. Prov. 3. v. 16. Pſal. 21. v. 5. Pſal. 23. v. 6. Ab ארך verò, poteſt dici אריך, (arik,) *longus*, more Chaldæorum; & אורך (Orek) *longitudo*, juxta Hebræos. Itaque tùm conſtanti nominis illius per *g*, (*argos*) apud veteres ſcriptione, tùm præcipuè ejus origine, per g quoque feliciter expediendâ, inductus, peto ejus originem, a radice אָרַג, (*Arag*;) quod non ſolùm ſignificavit olim *Texuit*, ſed & *complanavit*, vel in *planum redegit*. Hinc Chaldaicum אֲרִיגָא, (Ariga,) *Area*, & *Areola*, in hortis. Idem conſequeris etiam à radice ערג *Arag*: nam inde etiam Hebræis eſt עֲרֻגָה, (Arüga) *areola*, Cant. 5. v. 13. Ezech. 17.

 v. 10.

v. 10. Conferamus nunc veterem nominis *Argos* ſignificationem. *e.* Ἄργος δὲ (inquit Strabo,) καὶ τὸ πεδίον λέγεται, παρὰ τοῖς νεωτέροις. *Argos* CAMPUM * *etiam ſignificat junioribus.* Suo more, *junioribus* tribuit Strabo, quod ei, etiamſi fuerit antiquum, non patebat ex veteribus. Subjicit deinde, id ſignificatum eſſe *Macedonicæ* & *Theſſalicæ* linguæ. Rectè ſanè; ſi vetuſtiſſimorum imprimis *Theſſaliæ* incolarum linguam intelligat. Idem habes apud Stephanum Byzantinum de ſignificatione τοῦ *Argos*. *f.* Ἄργος δὲ χεδὸν πᾶν πεδίον κατὰ θάλασσαν: *Argos verò* (vocatur) *omnis ferè Campus juxta mare.* Hîc *Campum*, illic *Aream* audimus. Atqui *Campus*, *area*, & *planum*, quàm benè unâ notione comprehendi, & ab eodem fonte deduci poſſint, nemini erudito eſt ignotum.

e. Strab. Geogr. Lib. 8. p. 372. * Diodorus Siculus, (Lib. 4. p. 245. ed. Hanov.) aliam nominis hujus ſignificationem hanc tradit; quòd *antiquis* ἀργὸν τὸ ταχύ, *argon id quod velox eſt*, fuerit *nominatum*. Atqui etiam hoc non abludit à noſtro *ürög*, h. e. ſubinde ſe vertit; & *ürge*, Cuniculus; ob celeritatem fortè ſic dictus. *ureg* verò, (h. e. *Cavum*,) ab eadem pariter radice, (ארג,) ſignificato quod eſt apud Strabonem, videtur cognatum, dum plana ſub montibus, vel inter montes ſita conſiderantur. Hungaricè *Lapály* ferè dixeris. Eſt etiam nobis ab ead. rad. *öreg*; h. e. conſtipatus, a, um. Item, Tempore attritus, & areſcens; ſucci expers. *f.* In voc. Ἄργος.

Digitized by Google

XXXI. Jam videamus, an etiam in Hungarica lingua aliquod nominis hujus & ſignificationis, ſuperſit adhuc veſtigium. Nomen *Orgo-vány*, Hungari præſertim aliquid experti, norunt eſſe purè Hungaricum: quod ejus cum ceteris noſtræ linguæ vocabulis, & in ſono, & in forma, convenientia declarat. Clarum etiam eſt noſtris, ultimam ſyllabam, *vány*, hujus ac ſimilium vocum, eſſe tantum acceſſoriam, quæ facit ſubſtantivum quoddam concretum à mero abſtracto diſtinctum. Ut v. gr. *Marad-vány* (reliquiæ,) à *marad*, (relinquitur;) & præcipuè à partic. *maradó*; Item, *Orto-vány*, (ſive *Ort-vány*,) Terra, per eradicationem arborum, ſentium, &c. expurgata, à verbo *Ort*, (eradicat,) derivatum. Sic etiam in *Orgo-vány*, ultima ſyllaba ad radicem vocis non pertinet. Novi autem quendam campeſtrem locum, juxta Oppidum *Gömör*, hoc nomine apud noſtros vocari; atque etiam in Planis terræ *Jazygum*, edoctus ſum nomen hujuſmodi dari: quod certum indicium eſt, olim vocem illam apud noſtros in uſu communi fuiſſe. Atque ex loco, cujus tum ibi tum hîc nomen eſt, (collatis ſuprà dictis,) non obſcurè colligimus, *Orgó*, vel *Argó*, (quod eſt Græcorum Ἀργώ;) olim noſtris ſignificaſſe planum, & *Orgo-vány* planitiem, ſeu quod inter plana cenſendum eſſet. Inde *Orgós* vel *Argós*, noſtris erat adje-

 ctivum

ctivum idem valens, quòd, campum habens, campo ornatus, vel campi-potens: quod tum Viro, tum Urbi, tum prædio alicui, ac integræ etiam Regioni, poterat congruenter pro nomine imponi. Interea notetur ad ſcopum, *Argos* Urbem Peloponneſi celeberrimam, dictam fuiſſe olim ab *Jaſo*, *g.* uno progenitorum noſtræ Nationis, *Jaſon h. Argos*; quod Hungaricè dixeris, *Jáſz Argó.*

XXXII. Νηρὶς, † (Niris,) Civitas, vel Oppidum Meſſeniæ in Peloponneſo; idem puto, fuiſſe quod *Nyires*; h. e. locus aut *betulis*, aut arenulis humo mixtis abundans; ob idque aut carens herbis, aut ſterilius eas quam alia loca, producens: uti eſt Tractus in noſtra Patria, qui vocatur *Nyir.* Propriè verò *Nyir* verbaliter, idem eſt, quod *tondet*, *amputat*, *præſcindit*, forfice, falce, ſecuri, vel alio inſtrumento; ab Hebr. ניר, (*Nir*;) unde in Hiphil, הניר, (Henir,) *Novellavit*, ſeu *agrum de novo proſcidit.* Ejusdem originis eſſe cenſeo τὰς Νηρεΐδας, & τὸ Νηρεὺς. *Dodona*, *Dodones*, *Dodon* & *Dodo*, (nam & Δώδω ‡ dicebatur olim, ut eſt apud Poëtam Simmian Rhodium, qui vixit ante natum Chr. circiter * 894.)

g. Supr. Cap. 10. *h.* Vid. Steph. de Urb. in voc. Ἄργος; & conf. Homer. Odyſſ. 18. v. 245. † Vid. Steph. de Urb. & Thom. Pinedo in eum. ‡ Apud Steph. de Urb. in Δωδώνη. in fragment. * Pinedo ex Suida ſcribit vixiſſe poſt Troica annis 406. quod idem eſt: Vid. eum in Breviar. Auctor.

non dubito olim noſtris majoribus, & Pelaſgis, linguam cum illis cognatam habentibus, dictum fuiſſe *Dada*, vel etiam *Dod*, ſeu *Dodó*; (quanquam & finale *na*, de locis, non eſt nobis alienum;) & aliquid in loco illo eſſe, dicebatur, *Dodon*; unde Græci juxta ſuam terminationem, eò faciliùs poterant formare Δωδὼν & Δωδώνη, nomen Urbis in Epiro ut notum, Jovis Oraculis olim celeberrimi. Venit vel a דָּדָה, *Vagari*, *gradi*; vel ab Hebr. דוד, (Dod,) *Dilectus*, *Amicus*; unde fluere puto, etiam nomina Locorum Hungarica, *Dad* & *Dada*. Eſt etiam nobis *Dod*, cum epitheto *büdös*, h. e. ſordidæ, ſignificans avem quandam, quæ dicitur *Upupa*. Aliud etiam nomen *Dodonæ*, quod erat *Bodone*, † ſeu veriùs *Bodon*, in hunc uſque diem, eſt nomen Hungaricum, partim loci, partim certæ familiæ Nobilis. Tot nomina apud nos τῷ *Dodon* cognata, oſtendunt etiam primariam & radicalem horum inter ſe convenientiam, quòd ex eodem olim idiomate hæc cuncta prodierint. Celebratiſſimæ etiam inſulæ *Delus* dictæ nominis originem, (unde *Delii*, ejus incolæ,) non difficulter invenies ex Hungarico, *Dél*, *Déli*, propt. *meridies*, *meridianus*, *a*, *um*, & *Deli*, *Deliás*, venuſtus, eximius, a, um; item *Staturæ inſignis*; omnia à rad. דָּלָא, (Dela,) *elevare*, *eminentem* facere. Nota, quòd unum e nominibus *Deli*, fuit olim etiam *i. Scythias*.

† St. de Urb. in fragm. ‡ Nicanor, apud St. de Urb.

XXXIII. Quod hîc tam vetuſtiſſima nomina, in Græcia quidem, ſed non ex Græci idiomatis fonte, ab olim audita, pro illuſtrandis *Originibus Hungaricis*, exponere præſumam; nemo jus ad hoc me habere inficiabitur, quicunque præter ſuperiùs à me de nominibus, *Hunnus*, *Magyar*, & *Jáſz*, dicta, conſideraverit id, quod de Scythis, nomine Catonis circumfertur: *k. Principatus Originis ſemper SCYTHIS tribuitur; à quibus auctis, COLONIAS PER ORBEM MISSAS, ferunt:* Vel ſi neget hoc veri Catonis eſſe, ſaltem expenderit, annon dictum hujuſmodi, cujuscunque ſit, verum eſſe queat, quoad Europæas Orbis Regiones, & quoad multas etiam Aſiaticas. Cum enim olim teſte *Trogo* Pompejo, & poſt eum Juſtino, *Scythæ* in contentione cum *Ægyptiis*, populis notiſſimæ antiquitatis, de antiquitate ſuperiores evaſerint, ita ut *l. antiquiores ſemper Scythæ viſi* fuerint; cur, ſi *Ægyptii* colonos huc atque illuc propagarunt, *Scythæ* idem facere non potuerint, præſertim in Græciam & Aſiam minorem adhuc è primis ſuis ad Araxem ſedibus, ſuos emittendo? Principatum originis, jam ab olim ſibi Barbaros vendicaſſe, (inter quos & Scythæ,)

k. Citat hoc fragmentum, ſub nomine Catonis, (de Originibus,) Adrian. Scrieckius, Monitor. Secund. de Origin. Celtic. Lib. 4. p. 40. & p. 54. l. Juſtin. Hiſt. Lib. 2. c. 1.

Google

nec hanc controverſiam Græcis vel aliis nobilioribus Ethnicis, deciſam pro ſe fuiſſe, ſatis apparet ex ſequentibus *Diodori* verbis: [m] περὶ δὲ τῆς τοῦ [βίου ἡγοῦν] γένους ἀρχαιότητος οὐ μόνον ἀμφισβητοῦσιν Ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν Βαρβάρων, ἑαυτοὺς αὐτόχθονας λέγοντες, καὶ πρώτους τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων εὑρετὰς γεγενῆσθαι τῶν ἐν τῷ βίῳ χρησίμων, καὶ τὰς γενομένας παρ' αὐτοῖς πράξεις ἐκ πλείστων χρόνων ἀναγραφῆς ἠξιῶσθαι. *De generis autem antiquitate, non modo Græci ambigunt, ſed & Barbarorum plerique; qui indigenas ſe eſſe, & omnium hominum primos vitæ commoditates inveniſſe, & res apud ſe actas, à plurimis inde ſeculis, literarum monimenta promeruiſſe, dicunt.* Jam verò cum conſtet ex teſtimonio Græcorum, ſupra *n.* à nobis in medium producto, *Barbaros* nobiliſſimas *Græciæ* regiones cum imperio prius inhabitaſſe, quàm Græcos; nemo miretur, quod & ego tot nomina antiqua ac barbara, ex noſtro Scythico ſermone nil ambigam poſſe explicari, præſertim cum multa eorum talia ſunt, ut ultrò ſuam prodant originem. Sic Βερένθη *Berenthe*, [o] Oppidum Bœotiæ, cum legitur apud Pauſaniam & alios, vel ruſticus inter nos agnoſceret hoc nomen, (utpote nobis etiam Pagi nomen,) eſſe origine Hungaricum. Item; cùm Ναΐς, (*Naïs*) nomen in ſingulari Naïdum

[m] Diod. Bibliot. Lib. 1. p. 9. Part. 1. p. 374.
[n] Pauſan. in Arcad. ſeu Lib. 8. p. 502. πόλεως ἐρείπια Βερένθης. *Civitatis Berenthe rudera.*

Nympharum auditur vel legitur, illico tùm ex ſono vocis, tum ex deſcriptione illarum, facilè concludet apud ſe Hungarus aliquis ingenioſus, vocem illam idem valere ac *Nyájas*; h. e. *Lætam*, *hilarem*, *facundam*, & *jucundam*; vel ſi ad locum earum fiat reſpectus, *amœnum*. Sic etiam cum lego apud Herodotum †, donarium auri & argenti, à *Gyge* Lydorum Rege olim *Delphis* collatum, fuiſſe dictum Γυγάδας, (in ſing.) h. e. *Güg-adás*; illicò video, (voce & re per vocem ſignificatâ me docente.) meæ Nationis idioma perſpicuè & diſtinctè ibi expreſſum eſſe. Nam a nomine *Gyges*, (h. e. *Güges*, * vel *Gögös*,) ultima ſyllaba *es*, adjectivi hîc tantùm formativa, ablata nunc eſt, ut ſolùm manſerit nomen radicales continens, ſeu pars principalis *Güg* vel *Gög*; cui adjectum *adás*, ſignificat nobis *dationem*, vel *oblationem*; cujus radicem eandem eſſe ſtatuo, quæ Hebr. עוד, *Od*, amplius; (nam per dationem amplius alicui confertur;) cujus Kal in præſ. (& præt.) debuit eſſe *'Ad*; (ad formam *Kum*, *Kam*;) quod eſt apud nos tertia perſ. Ind. præſ. *Dat*. Atque ſic *Gyg-*

† Lib. 1. ὁ δὲ χρυσὸς καὶ ὁ ἄργυρος τὸν ὁ Γύγης ἀνέθηκεν, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας. *Aurum autem & argentum quod Gyges obtulit, à Delphis vocatur Gygadas.* Hæc ille. Puto tamen hunc Gygem longè antiquiorem fuiſſe illo, de quo ibi cetera narrat. * De hac voce vide infr. Cap. 13. in nomine *Caucaſus*.

adás, idem eſt, quod *Gygis datio*, vel donatio. Urbis etiam *Delphi* nomen, ab authore Δελφὸς dicto, cognatum eſſe videtur, nomini noſtro, *Deli-fi*, h. e. Venuſtus filius; vel *Deli-fö*; h. e. Venuſtum caput. Ita in ſuperioribus quoque, ipſa pleraque ſeſe manifeſtant. Agnoverunt ſanè jam viri eruditi, Salmaſius, Hornius & Boxhornius; *p. antiquiſſimam linguarum Occidentis matricem eſſe Scythicam*; cujus cum variæ ſint propagines, liceet mihi quoque ex una illarum, ea explicare nomina, quæ ultro citroque expenſa, video noſtro idiomati conformia eſſe. Non dubito, quin ex *Sclavonica* etiam atque *Dacica*, ſeu veteri Germanicâ, (ut *Turcicam* hîc taceam, quam non puto cum noſtris amplitudine in exponendis nominibus illis antiquis, planè comparandam, & ſi non negem, uſui futuram,) ultrò ſe multa aperient illis, qui linguas eas ex fundamento tenent. Sic *Sinope*, Urbs olim Ponti, ſuam ultrò per deſcriptores ejus prodit originem iis, qui linguam Sclavonicam vel Thracicam, aliqua ex parte intelligunt. Apollonii enim Scholiaſtes, poſtquam dixiſſet *Sinopen* denominatam eſſe ab Aſopi filia *Sinope*, vel ab Amazone quadam Thracia, Regis Ponti uxore, vini bibaciſſima, ob idque *Sanape* dicta, mox originem etiam nominis Urbis, hoc modo declarat:

p. Vid. Horn. Præfat. in Boxhornii Origin. Gall.

q. ἐπεὶ δὲ οἱ μέθυσοι σανάπαι λέγονται παρὰ Θρᾳξὶν, Σανάπην † κληθῆναι τὴν πόλιν. ἔπειτα κατὰ φθορὰν σινώπη. *Quia verò temulenti Thracibus*, *SANAPÆ dicuntur*, *hinc Urbem SANAPEN vocatam fuiſſe; poſteà per corruptionem vocabuli SINOPEN.* Hæc ille. *Sa-na-pi*, Sclavis & Thracibus eſt *Se-perbibit*, in præſent. & *Sa-na-pil*, *Se-perbibit*, in præterit. h. e. activè, *ſe potavit* vel *potum reddidit*. Habemus nos etiam ſimilem phraſim Hungaricam de homine ebrio: *Magát meg itta.* Senſus idem eſt.

q. In Lib. 2. Apollon. v. 955. † Ita legendum eſſe cum *Petito*, res ipſa oſtendit.

CAP. XIII.

In quo, *varia nomina*, *ab* Hungaria, *per* Scythiam *aliaque loca*, *circulo*, *ad* Boſporum *Thracium usque carptim factô*, *explicantur.* Savus, *Hung.* Száva; *à rad.* זוז, Commoveri. *De* Dravo *disquiritur.* Sirmium, *Hung.* Szerem, *ab Heb.* זרם, *Inundavit.* Szirma *huic cognatum.* *Probabile eſt*; *vel à* Sirmo *Rege*, *vel ab alio ejusdem nominis Heroë*, *nomen Urbi fuiſſe datum.* Danubii *orientale nomen*, Iſter. *Heſiodo* Iſter *pulchrifluus.* Iſter *eſſe Hungaricum*, *nomina cognata*, Eſzterha, Eſzter-hás, Eſzter-gat, Eſzter-ag, *&* Eſzter-gom, *ſeu* Eſzter-gram, *oſtendunt.*

Rad. אסתר, Incedere. *Ex hoc, quod* Iſtrum *Hungarorum majores ſic denominaverint, ſequitur eos multis ſeculis ante Nat. Ch.* Iſtri *accolas fuiſſe. Id amplius illuſtratur.* Iſtriæ *&* Iſtriorum *origo.* Hercynia, *eſt quidem ab* Hartz; (*ſeu* Harcz;) *ſed non quà* reſinam *ex Germanico, ſed quà* Prælium *ex Hungarico ſignificat idiomate, adjunctâ aliâ voce* Szin, *ut ſit* Harcz-ſzin; h. e. Prælii locus, *vel,* Prælii latibulum. *Huc facit, quòd* Ammiano *ejus Sylvæ,* Martianæ *dicuntur. Illuſtratur hac notatio, etiam ex* Vértes *Hungarico.* Bacenis, *eſt Hungaricum* Bacony. Carpathes, *Montium tractus. Nomina* Bécs, Poſony; *item,* Szombath, Gömör, Caſſa, *obiter tanguntur. Quid* Peſſium, Parca, Triſſum *&* Partiſcus, *apud Ptolemæum? Nomen recens Partiſci,* Kecskemét, *explicatur.* Tibiſci *nomina.* Pathiſſus, *à* Paté; (*h. e.* Contentio;) *unde* Parés. *Ratio nominis. Quid* Partiſcus? *Antiquius* Tibiſci *nomen ex Herodoto videtur fuiſſe* Partos, (*Ripoſus,*) *vel* Part, *h. e.* Ripa. *Herodoto* Porata, *à rad.* פרת, *ut* Perat, *Euphratis nomen. An* Porata *ſit* Phorrás: Pariſus *Strabonis videtur eſſe* Partiſſus, *pro* Partiſco, *vel* Pathiſſo. Tibiſcus *à Dacico* Thieff *videtur eſſe.* Tibeſis *Herodoti, &* Tipheſas *Priſci. Hungaris Tibiſcus* Tiſza. *Fortè &* Tüzes *olim; eò quod Græci* Pyreton *dixerint.* Cuſum *Taciti quid?* Mariſus

riſus *Herodoto* Maris: *Hungaris* Maros. *Huic* Mara-Maros, *poſteriori ſuî parte cognatum. Plinii* Morus. *Quid* Hunnivar? *Apud Strabonem* Sidones, *fuere* Judæi. *Nam Hungaris* Sidó *eſt* Judæus; *quod illuſtratur ex eo, quòd & alii olim,* Judæos *nonnunquam vocârunt* Sidonios, *ſuffragante & oſtendente* D. Huetio. *Radix τῶ* Sidon, *ut Hebræis eſt* ציר; *ſic aliis Orientalibus potuit eſſe,* סור, *dupliciter.* Peuce *quid & unde?* De Tanai *&* Mæotide *Plinii textus.* Mæotidis *nomen* Temerinda, (*h. e. Plinio exponente,* Mater Maris,) *eſt verè* Tenger-Annya. *Africa* Tanger, (*aliàs* Tingis,) *hinc illuſtratur.* Phes *Arabum, h. e.* Securis, *concordat cum Hungarico* Fejze. *Græci fruſtra* Mæotidis *originem apud ſe quærunt.* Mæotis, *idem quod* Melly-jó-tó, *& contractè* Mejótó, *h. e. Quàm bona palus.* Tanais *Scythis quibusdam* Silys, *idem eſt quod* Széles. *Et* Tanais *idem quod,* Tana-víz. *Quid* Tana *& unde? Quid.* Jaxartes *&* Volga? Arimaſpi, *idem quod* Arimas-fi, *h. e. cum* Arimis *conſpirantium filius. Illuſtratur ex voce* Armányos. *Quid* Sarmatæ, & Triballi? Taifali, *idem quod* Tejfaló. Cimmerii *à* Czimeres; *quod ſignificat* inſignibus donatum: *non autem à* כמר, *h. e. nigreſcere.* Czimeres *eſt à* Czimer; *& hoc ab Hebr.* צמר, (Tzemer,) *h. e.* Vellus: *quod eſt à* Vellere aureo *in Colchide. Quid hoc fuerit, & quæ ejus origo, explicatur.*

 Cim-

Cimbrus, *idem quod* Czimborás, *h. e. Socius & Confœderatus.* Colchus *non eſt à* כסלוחים; *ſed eſt genuinum Hunno-Scythicum* Kolcſos, *ſeu* Kolchos; *h. e.* Clavens habens. *Illuſtratur.* *Hungarorum majores* Colchidem *olim tenuiſſe, oſtenditur.* Kolch *apud Simocattam, confertur cum mentione* Alanorum *&* Unigurorum *apud Menandrum. Nomina,* Lazorum *&* Soanorum *in Colchide, &* Pola, (*Urbis Colchorum*) *in Iſtria, ſunt verè Hungarica.* Chalybes *idem quod* Kalibás. Parthorum *nomen,* Exulem & Refugam ſeditioſum *notans, eſt verè* Hungaricum. Pártos *enim Hungaris eſt* Rebellis. *Illuſtratur. Rad.* פרת, Rumpere. *Ulterius etiam illuſtratur, ex nominibus,* Arſaces, (*cognato τῷ* 'Erſek *Hungarico*;) *item,* Ragas, *&* Ragadas *Parthicis.* Cyrus, *item* Gyndes *quid? Parthi &* Hungari *pugnantes inter ſe conferuntur.* Parthi *tempore* Seloſtris, *h. e. annis circiter* 996. *ante N. Chr. ab* Hungarorum *majoribus ſeceſſerunt.* Török (*h. e.* Turca.) *&* Tatár, *ſunt Hungarica. Veſtigium τȣ̃* Scythes *apud Hungaros eſt* Eskütt *&* Esküttes; *quod* Juratum *hodie ſignificat. Explicatur hujus ſignific. origo? Ita etiam Germ.* Schieten *&* Schieſſen (*h. e. Jaculari*,) *eſt à voce* Scytha. *Scythica quædam Deorum nomina,* Papæus, Apia, *&c. tanguntur.* Caucaſus *non eſt* גוג חסן, Gog haſan. *Aliquot nomina, ex* Hungar. *idiomate*

ei cognata dantur. Ut, Chavókás, *pro* Havass, *h. e.* Nivoſus. *Item*, Gógas, (*pro* Göges,) *& Vulgi more* Gougas, *h. e. Altus, Sublimis. Item*, Kókás, (*à* Kóka,) *Siccus, Incultus. Omnibus his præfertur* Kókós, (*quod idem cum* Kaukós,) *à* Kókó; *horrendum & formidabile ſignificante. Radix eſt* קקא. *Ratio nominis.* Paropamiſus *videtur eſſe* Paripa-mezö, *vel* Paripa-mezös. *Ratio nominis*: Taurus, (*nomen montis*,) *cognatum* Hungarico Tuúr. Rad. טור. *Nominibus Scripturæ S.* Chabor, Gozan, *&* Chalach, *cognata ex idiom. Hung. afferuntur. Obiter, voces*, סרבלי, *Dan.* 3. *v.* 21. 27. ארּאלם, *Iſa.* 33. *v.* 7. הפסים, *Iſa.* 64. *v.* 1. (al. 2.) *&* ארקא, *Jer.* 10. *v.* 11. *ex Hung. illuſtrantur.* Ararat. *Rad. ejus.* Ararat, *ex Hungarico* 'Ar, (*h. e. Exundatio*,) *geminato olim, nempe* Arar, *eodem modo rectè fluit, ſicut* Akarat, *ab* Akar. *Significatio ejus ibid.* 'Ar-járat, *lucis cauſâ profertur, ut &* 'Ar-mány, *quod eſt* Armeniorum *nomen apud* Hungaros. Araxes *eſt vel* Harag-ſzeſz, *h. e. Iracundum quid; vel potius veteri more*, Haragſzi, *quod etiam* Iracundum *notat. Ita dictus ob* impetuoſitatem; *unde* Injurioſus *Æſchylo.* Euxinus, *videtur eſſe* 'Eg-ſzin, *vel* 'Eg-ſzinü *&* 'Eg-ſzinüs; *h. e. Cœlum colore referens. Quid* Pontus *Hungaris eſſe potuit?* Ellaſar *quid?* Thermodon, *& deinde* Themiſcyra, *ex Hungarico expli-*

cantur. Nomina quædam Paphlagonica *tanguntur. Quid* Nagidos? *Nominibus*, Lycus, Saros, Halys, Smyrna, Troja, Ilium, Bithynos & Bithynia, Chalcedon, Boſporus, *ac demùm τῷ* Byzantium, *lux affertur.*

I. Explicatis iis nominibus, quæ nobis capite præcedenti explicanda ſtatueramus; nunc à *Sinope* Ponti, claudente dictum caput, in *Hungariam* iterum revertamur, antequam in *Scythiam* penetremus; atque inde velut circulo carptim facto, in tractu *Boſpori* Thracii hoc Caput concludamus.

II. *Savus* nomen fluvii in finibus Pannoniæ inferioris, Hungaris dicitur *Száva*. Radix ejus eſt זוע, (Zua,) h. e. *Commoveri*. Unde Hebr. זְוָעָה, (Zevaa,) & Chald. זִוְעָא, (Zaava,) *Commotio*: quod eſt ipſum ferè noſtrum *Száva*, h. e. *Szaáva*. Nempe, *rapidam commotionem* intellige de fluvio, & habebis perſpicuam nominis hujus rationem. Huc facere videtur, quòd frequenter hoc nomen (*Száva*,) moloſſis canibus apud noſtros imponitur, ob eorum *curſum* ſcilicet *concitatiſſimum*. Puto, quòd etiam *Szó*, quaſi *Szoó*, (h. e. Vox) ob *ſonitum* & *motum aeris*, ejuſdem eſt radicis.

III. *Dravus* nobis eſt *Dráva*, noti & hoc fluminis nomen. An hoc faciliùs noſtri Populares *Sclavi* poſſint ſuo è fonte deducere quàm noſtri, adhuc diſquiro; niſi quòd video quoad radi-

radicales hoc nomen cum noſtris, *Dara*, (h. e. priſana,) *Daru*, (grus,) & *Darvas*, (gruem vel grues habens,) à rad. דְּרָא, (*Dera*, h. e. *Diſperſit*,) profluentibus, tenuiſſimâ ſaltem τοῦ א in ו, illic intercedente transmutatione, convenire. A *diſperſione* ac dilatatione aquarum tempore exundationis, poterat ex hac radice fluvius ille nomen ſortiri.

IV. *Sirmium*, nomen Urbis inferioris *a.* Pannoniæ, inter Savum & Dravum, olim celeberrimæ, quod nobis hodie dicitur *Szerem*, [ab Hebr. זָרַם, (Zaram) *inundavit*, *fluxit*; unde Hebræis זִרְמָה, (Zirmah,) *fluxus*; à damnis fortè per fluvium vicinum in tractu illo ſubinde illatis, ut reor dictum,] non alterius quam Hungaricæ eſſe originis, non ſolùm ex ſoni ejus apta cum noſtro idiomate congruentia, ſed aliunde etiam, apud me perſuaſus ſum. Sic in hunc uſque diem, habemus nomen Pagi, (eâ parte Hungariæ, quæ olim juxta Ptolemæum ad veteres *Jazygas*, pertinebat,) circa Miskolcz, *Szirma*; quod cum *Sirmio*, ſecundum omnes ſuas radicales exactè convenit. Eſt etiam nobilis ac celeberrima proſapia, *Szirmaiana* in Hungaria: ut non improbabiliter putem, habito reſpectû terminationis vocum & nominum Hungaricorum, (quæ in *ium* & *ion*, quod ſciam, hodie non terminantur: quamvis in compo-

a. Vid. Strab. Geogr. Lib. 7. p. 314.

ſitione rectè poſſet vox *ón*, alteri in *i* deſinenti, addi;) olim etiam *Sirmium*, dictum fuiſſe noſtris majoribus *Szirma*, vel *Szirmo*, ſeu *Szirmos*; ſucceſſu verò temporis, ob varias rerum in iſtis partibus viciſſitudines, nominatum à poſteris *Szerem*; eò quod hoc etiam illis æquivaleret, ſive cognatum eſſet. An fuerit vir aliquis, qui nomen ex ſe dederit *Sirmio*; è veteribus non eſt clarum. Probabile tamen putamus, vel à *Syrmo*, annis circiter 334. ante N. Chr. Rege non ſolùm *Triballorum*, Scythicæ originis populorum olim juxta Iſtrum, ſed & *Jazorum* eis ſub eodem regimine conjunctorum, (qui ſecundùm Strabonem, *Alexandro b.* M. inſulam *Peucen* intrare aggreſſo, vi obſtitit, miſſis interim donis *Alexandro*,) vel ab alio ejuſdem nominis Heroë *Jazorum*, qui priùs jam locum Urbis poſſidebat, urbi illi nomen impoſitum eſſe; ut multa alia loca Hungarorum, in hunc uſque diem, magnorum quorundam veterum Ducum nomina gerunt.

V. *Danubii* nomen occidentale, (*Donaw* † Germanis, *Duna* nobis,) præter pauca in margine

Pars II.

b. Str. Geogr. L. 7. p. 301. † Volunt quidam ab undarum ſono (à *Thönen*) ita Germ. dictum eſſe; qua de re vide Ort. Theſ. ex Althamero. At ſuſpicor, annon poſt amiſſum *Iſtri* nomen, olim pars illa fluvii, dicta ſit à Scythis, Scythico nomine *Tana*; & paulatim mutatum in *Dona*, & *Duna*. Inde puto Stephano dici *Dunubis*, quaſi *Duna-viz*, ex *Tana-viz*. H. e.

gine de eo notata, populis Germaniæ explicandum relinquo; ego orientale ejuſdem, *τὸ Iſter*, mihi declarandum aſſumo. Non enim video, ex ullius alterius Nationis, à qua hîc ob veterem ad *Iſtrum* incolatum, ſperari poſſet, nominis *Iſtri* origo, quàm ex idiomate Hungarorum, illud feliciter ad ſuam originem poſſe reduci. Notum eſt eruditis, variè à veteribus inde à Strabone, terminos geminorum hujus fluvii nominum poni. Strabo *c.* inde a fontibus, uſque ad *Cataractas ejus, quas maximè per Dacos* veteres *ferri* dicit, *Danubium* vocari ſcribit. Extendit ſcilicet hoc nomen, ferè *Poſonium* uſque, ſi non paulò ulteriùs. Nam ut percipio mentem ejus, non totum cataractarum decurſum, ſed initium earum hîc pro termino ponit. Infra hunc terminum, ad Pontum uſque *Iſtrum vocari* ait. Plinius, mutationis terminum figit, ubi *Danubius* primùm *d. Illyricum* alluit: Ptolemæus ad *Axiopolim* uſque extendit. Verùm *Strabonis* mens à me explicata, vetuſtiorum denominationi propior eſt, quam *Plinii* vel *Ptolemæi*; ut paulò poſt etiam è noſtra nominis explicatione patebit.

VI. Nomen hoc *Iſter*, quod Græcis eſt Ἴστρος, quàm ſit antiquum, ſatis patet ex eo, quod hic fluvius, etiam Heſiodo antiquiſſimo

Taræ aqua. *c.* Strab. Lib. 7. pag. 304. & 305. *d.* Plin. Lib. 4. c. 12.

ſitione rectè poſſet vox *ón*, alteri in *i* deſinenti, addi;) olim etiam *Sirmium*, dictum fuiſſe noſtris majoribus *Szirma*, vel *Szirmo*, ſeu *Szirmos*; ſucceſſû verò temporis, ob varias rerum in iſtis partibus viciſſitudines, nominatum à poſteris *Szerem*; eò quod hoc etiam illis æquivaleret, ſive cognatum eſſet. An fuerit vir aliquis, qui nomen ex ſe dederit *Sirmio*; è veteribus non eſt clarum. Probabile tamen putamus, vel à *Syrmo*, annis circiter 334. ante N. Chr. Rege non ſolùm *Triballorum*, Scythicæ originis populorum olim juxta Iſtrum, ſed & *Jazorum* eis ſub eodem regimine conjunctorum, (qui ſecundùm Strabonem, *Alexandro b*. M. inſulam *Peucen* intrare aggreſſo, vi obſtitit, miſſis interim donis *Alexandro*,) vel ab alio ejuſdem nominis Heroë *Jazorum*, qui priùs jam locum Urbis poſſidebat, urbi illi nomen impoſitum eſſe; ut multa alia loca Hungarorum, in hunc uſque diem, magnorum quorundam veterum Ducum nomina gerunt.

V. *Danubii* nomen occidentale, (*Donaw* † Germanis, *Duna* nobis,) præter pauca in margine

b. Str. Geogr. L. 7. p. 301. † Volunt quidam ab undarum ſono (à *Thönen*) ita Germ. dictum eſſe; qua de re vide Ort. Theſ. ex Althamero. At ſuſpicor, annon poſt amiſſum *Iſtri* nomen, olim pars illa fluvii, dicta ſit à Scythis, Scythico nomine *Tana*; & paulatim mutatum in *Dona*, & *Duna*. Inde puto Stephano dici *Dunubis*, quaſi *Duna-viz*, ex *Tana-viz*. H. e.

gine de eo notata, populis Germaniæ explicandum relinquo; ego orientale ejuſdem, τὸ *Iſter*, mihi declarandum aſſumo. Non enim video, ex ullius alterius Nationis, à qua hîc ob veterem ad *Iſtrum* incolatum, ſperari poſſet, nominis *Iſtri* origo, quàm ex idiomate Hungarorum, illud feliciter ad ſuam originem poſſe reduci. Notum eſt eruditis, variè à veteribus inde à Strabone, terminos geminorum hujus fluvii nominum poni. Strabo *c.* inde a fontibus, uſque ad *Cataractas ejus, quas maximè per Dacos veteres ferri* dicit, *Danubium* vocari ſcribit. Extendit ſcilicet hoc nomen, ferè *Poſonium* uſque, ſi non paulò ulteriùs. Nam ut percipio mentem ejus, non totum cataractarum decurſum, ſed initium earum hîc pro termino ponit. Infra hunc terminum, ad Pontum uſque *Iſtrum vocari* ait. Plinius, mutationis terminum figit, ubi *Danubius* primùm *d. Illyricum* alluit: Ptolemæus ad *Axiopolim* uſque extendit. Verùm *Strabonis* mens à me explicata, vetuſtiorum denominationi propior eſt, quam *Plinii* vel *Ptolemæi*; ut paulò poſt etiam è noſtra nominis explicatione patebit.

VI. Nomen hoc *Iſter*, quod Græcis eſt Ἴϛρος, quàm ſit antiquum, ſatis patet ex eo, quod hic fluvius, etiam Heſiodo antiquiſſimo

Taræ aqua. *c.* Strab. Lib. 7. pag. 304. & 305. *d.* Plin. Lib. 4. c. 12.

Poëtæ, hoc nomine inſignitur; qui eum vocat, e. Ἴϛρον καλλιρέεθρον, *Iſtrum pulchrifluum.* Herodorus Hiſtoricorum hodie exſtantium, vetuſtiſſimus, ſimiliter eum, non alio, quam *Iſtri f.* nomine inſignit, nec aliud ejus nomen novit; quem *Scythiæ* fluminibus accenſens, maximum eorum dicit. Nomen autem hoc, eſſe antiquiſſimum Hungaricum, alia nomina cognata oſtendunt. Sic *Eſzterha*, ora tecto-rum infernè prominens; item *Eſzter-hás;* (quod ab *Eſzter-ha* derivari videtur;) unde Illuſtrisſima familia *Eſzter-haſiana*, † è qua nunc quoque eſt Palatinus Regni Hungariæ, Illuſtriſſ. Dominus *Paulus Eſzterháſi*; (quem honoris cauſâ, in his Originibus illuſtrandis nomino;) item, *Eſzter-gár*, (tornum;) unde *Eſzter-gáros*, Tornarius; *Eſzter-ag*, h. e. Ciconia; & quod maximè ad ſcopum facit *Eſzter-gom*, h. e. *Eſzter-Gram*, vel *Eſzter-Gran*, eliſo illic r, ob faciliorem pronuntiationem, quod Latinè *Strigonium*, à confluxu *Iſtri* & *Grani*; ſunt ea nomina, quæ nominis *Iſtri*, originem verè Hungaricam arguunt. Vocabula etiam *Oſztörü*, (palus vel veru,) & *Oſtor*, (flagellum,) aliquomodo huic origini, vel ſaltem à remoto illuſtrandæ, inſervire videntur. Cum autem videam Chaldaicum אסתורא, *Iſtaura*, ſignificare, *Greſſum*, *Inceſſum*, Job 23.

e. In Theogon. v. 339. f. Herod. Lib. 4. c. 48. 49. † Aliqui per z ſcribunt, *Eſzter-házi.*

v. 11. & 31. v. 7. & Pſalm 17. v. 5. &c. facilè inde colligo, exſtitiſſe olim apud Orientales radicem quatuor literarum אסתר, (*Aſther*) ſignificantem, *gradi, incedere, procedere*, & per conſequens, *fluere*: unde non dubito, *Aſtri* etiam nomen, quod *procedere* videatur, ac revera etiam, modô, Deo penitiſſimè notô, *procedat*, profluxiſſe: de cujus origine conſentire mecum etiam Rabbinos, ultrò colliges ex iis quæ habet *Buxtorfius* in Lexico Talmudico, ſub literis אסת.

VII. Jam animadvertes ex his, quàm congruè à prædicta radice, nomen *Iſter*, dari potuit celeberrimo Europæ fluvio, ſive ob ejus *ordinatum, temperatum*, & quodammodo decorum *inceſſum*, ut jam olim Heſiodus *pulchrifluum* eum * nominavit; ſive ob tam longum *progreſſum* & *fluxum* à remotiſſimis ſuis fontibus, per tot Regiones, ad Pontum uſque; ſignificatione *progreſſûs* hîc κατ᾽ ἐξοχὴν acceptâ. Sic *Nár* fluvius Italiæ, (ex rad. נָהַר, *fluxit*,) à *fluxû* ſuo, ab antiquiſſimis Italiæ incolis, ita dictus eſt; ſumptô hîc communi vocabulo, pro ſpeciali. Vox etiam *Eſzter-ha*, (ora inferior tecti,) rectè ab eadem *Iſtri* radice fluit: nam *Eſzter-ha*, à ſuperiori parte tecti, *deſcendere* quodammodo concipitur. Ubi, ultima ſyllaba, vel ex *ház*, (domus,) decurtata eſt, ut ſignificaret vox illa, *promi-*

* Conf. Herod. Lib. 4.

minentiam domûs; vel potiùs, quod & verius eſſe videtur, ab *baj*, (tectum,) ut ſic vox plenè eſſet, *Eſzter-baj*, ſignificans protenſionem vel prominentiam tecti. Pariter *Eſzter-gár*, congruè eandem recognoſcit radicem, quoad primam ſuî partem. In *torno* enim continua eſt *progreſſio* inſtrumentorum. Pars verò poſterior, eſt a גָּרַר, (Garar,) & contractè גַּר, (Gar,) *ſecuit*, *defricavit*, *traxit*, *raptavit*; unde puto etiam noſtrum *Gyalu* (dolabra,) quaſi *Gyaru*, vel *Gyaroló*, derivari. Sic jam *Eſzter-gár*, idem eſt, quod *procedens*, ſeu *verſatile ſectorium* & *dolatorium* inſtrumentum. *Eſzter-ag* quoque (*Ciconia*,) rectè inde primam ſui partem trahit. Poſterior autem ejus pars, (*ag*) per longum *á*, (*ág*,) nobis non ſolùm *ramum* ſignificat, ſed & *proſapiam*, *genus*, ſeu *lineam* in genealogia. A radice nimirum עוג, cujus præſens & præteritum in *Kal*, eſt עָג, (*Ag*;) quod ſignificat etiam, *circulum facere*, item, *lineas circulares* vel *rotundas* atque *intortas ducere*. Atque hinc *Eſzter-ag*, ſignificat, *diſceſſionis proſapiam*; h. e. genus avium migrans tempore autumnali. Optimè hoc ejus nomen cum alio ejuſdem nomine convenit. Vocamus enim Ciconiam, etiam *Gólya*; quod eſt ipſiſſimum Hebraicum participium fœm. gen. *migrans*, à גָּלָה, (Galah,) *migravit*.

VIII. Jam verò nomen *Eſzter-gom*, (h. e. *Eſzter-Gram*,) planè proximè ipſiſſimum no-

ſtrum tangit ſcopum; quod & originem veram *Iſtri* Hungaricam demonſtrat, cum non alia Natio, quàm Hungarica; *Strigonio* id nominis dederit; ac præterea etiam docet nos, tempore nati hujus nominis, (*Eſzter-gram*,) adhuc Danubium ſupra Budam quoque, *Iſtrum*, (h. e. *Eſzter*,) dictum fuiſſe à noſtris majoribus. Nominis altera pars, (*Garam* nobis; ne & eam intactam relinquam) venit a גָּרַם, (Garam,) *comminuit, attrivit*; item, *roboratus eſt*. Forti & violento flumini, quale eſt *Garam*, congrua planè origo. Ad hæc omnia particularia, ideò nos ſolùm deſcendiſſe, ut *Iſtri* vera origo clarior fieret, ultrò lector animadvertere poteſt: cui non puto quempiam reluctaturum, niſi qui in re etiam clariſſima hærere, vel fortè conſultò nodos quærere ſolet. Qui talis eſt, experiatur & ipſe, (per nos licet,) an poſſit meliorem quam nos dedimus, nominis *Iſtri* originem, aſſignare.

IX. Sed dicet fortè aliquis: An ergo tàm multis ſeculis etiam ante natum Chriſtum, Hungaricæ gentis aliqui majores, juxta memoratum fluvium, ſuas ſedes habuerunt, ut eum, *Iſtrum* (ſeu *Eſzter*,) denominare potuerint? Reſpondeo, me omninò ita ſentire, nec poſſe aliter. Nam tum ex Græcia, (illi quos à prima Nationum in Orbem diſperſione, eò commigrâſſe diximus,) tum ex Scythia,

(aliquantò ſeriùs quam illi,) potuere noſtri majores ſuas uſque ad *Iſtrum* colonias emittere; ita ut occidentales *Iſtri* ſeu Danubii partes, ubi nunc utraque *Pannonia* eſt, & aliqua pars *Jazygum*, è Græcia, ut propinquiores occuparent; orientaliores autem, ultra *Belgradum*, ad Pontum uſque, è Scythia imperio tenerent; non obſtante, quòd nòn raro, (uti nil dubito,) etiam inter ejuſdem ſanguinis populos, diſſenſiores exiſterent. Jam ex *Diodoro* dudum *g*. audivimus, *Scythas* olim inde ab interioribus *Scythiæ*, uſque ad *Thraciam* ſeſe extendiſſe: alios verò Scythas, *Jaſi* nimirum & *Deucalionis* poſteros, è Græcia idem facere potuiſſe, conſideratio tam inclytæ eorum apud veteres memoriæ, id facilè nobis perſuadet. Imò fundamentis in hoc libro paſſim poſitis innixus, non dubito ego, ſive ſtatim poſt acceſſum in Græciæ partes, (cujus tempus ſuperiùs † jam dedimus,) ſive aliquâ temporis morâ intercedente, colonias ſuas, noſtros majores è Græcia tam maturè duxiſſe in eas Mundi partes, ubi nunc eſt *Hungaria*, inprimis Pannonia & Jazygum regio, ut nulli mortalium poſt diluvium priùs quàm hi ſuas copias in eam terram adduxerint; adeò ut non ambigam aſſerere, primos fuiſſe mortalium omnium noſtræ Nationis majores, qui terram illam coloniis ſuis inſederint poſt diluvium.

g. Sup. Part. I. p. 7. & 62. † Part. I. c. 9. p. 407.

vium. Qui apud ſe huic meæ refragatur aſſertioni, videat benè, an poſſit edocere, quænam fuerit Natio alia præter majores noſtros, quæ Terram illam poſt diluvium, ac ſignanter poſt confuſionem linguarum inſediſſet? Ego meæ ſententiæ ea in hoc Libro jeci fundamenta, quæ quò magis animo oculiſque judicioſi lectoris tractabuntur, eò ampliùs dictam aſſertionem de primis & antiquiſſimis noſtræ Nationis in Regione quæ nunc dicitur Hungaria, coloniis, confirmabunt. Atque ad harum coloniarum aliquas juxta Danubium reliquias, puto migraſſe demùm vicibus diverſis illos *Jazidas* & *Megaros* è Græcia, qui poſt everſam à Græcis Trojam, auctamque eorum potentiam, non ampliùs apud Græcos, potuere auctoritatem ac libertatem retinere: qui ſeriùs demùm à Græcis dicti ſunt *Jazyges*, cum antea, *Jaſi*, vel *Jaſidæ* vocarentur.

X. Non autem mirabimur, noſtrorum majorum hodie nota nomina, ante natum Salvatorem in regionibus, ubi nunc eſt Hungaria, obſcura fuiſſe, ſi conſideremus, Primò; quòd alio ſubinde nomine veniant apud veteres Scriptores, quàm genuinum, aut ſaltem proximum eorum fuiſſet: nunc enim generali *Sarmatarum*, nunc *Germanorum*, nunc aliquo, fortè ex his vel illis geſtis, dictis, vel moribus occaſionaliter (ſi non etiam per illuſionem,) impoſito

Triballorum nomine, cum aliis comprehendebantur; nunc etiam verum eorum nomen, per incuriam aliquam, aut etiam ineptam Scriptorum informationem, mirè fuit immutatum: ut cum *Jaſi*, *Oſi* dicuntur *h.* apud Tacitum: nemo enim unquam mihi probabit, aliam fuiſſe gentem Taciti *Oſos*, quam Plinii *Jaſos* & Ptolemæi *Jaſſios*; de quibus apertè ſcribit idem Tacitus: *i. Oſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos*: hoc ſolùm diſcriminis animadverto inter *Jaſos* Plinii *Jaſſiosque* Ptolemæi, & *Oſos* Taciti, quod hi ad ripas Dannubii Orientales videantur ſiti, in parte Regionis veterum *Jazygum*; illi verò apud Plinium & Ptolemæum, ad Occidentales, intra Pannoniam concluſi. Deinde, ſi perpendamus, ſubinde olim etiam ſub aliena-um gentium jugo noſtros illos majores ad *Iſtrum*, vitam duxiſſe, atque hâc preſſurâ nomen eorum adeò ferè ſepultum fuiſſe, ac ſi haud extitiſſent. Ita, narrat *Tacitus* de memoratis *Oſis*, (h. e. parte quadam *Jazygum*,) quod *k. partem tributorum eis Sarmatæ, partem verò Quadi, ut alienigenis* olim *impoſuerint*. Nota hîc obiter, *Oſos* hoſce, etiam à *Sarmatis* & *Quadis* (dialecti Sclavonicæ populis,) nunc diſtingui, ſicut ſupra à Germanis: eoſdem verò etiam à *Gothinis* manifeſtè diſtinguit Taci-

 tus,

h. Lib. de Morib. German. pag. 450. ed. Antverp. 1627. *i.* Ibid. *k.* Ibid.

tus, (imò etiam à Gallica gente aliud agens;) ut undiquaque appareat *Oſos* illos per errorem ita ſcriptos, non alios eſſe, quam *Jaſos*, partem nempe majorum Hungaricæ Nationis. His ita poſitis, & collatis iis etiam, quæ jam antea de *Jazygibus* & *Baranyis* tradidimus, jure dicere poſſumus, *Hunnos*, dum Hungariam occuparent, ad ſuos veniſſe populares, nominis obſcuritate quodammodo ſepultos; nec alienam eos tunc invaſiſſe, ſed ſuorum antiquiſſimorum majorum, recuperaſſe terram. Vel unius *Iſtri* nominis genuina origo, eruditis non contemnendum hac de re ſuppeditat argumentum. Antiqua enim nomina Urbium, regionum, & maximè fluminum celeberrimorum, (quæ non tam facilè ut illa, mutationi ſunt obnoxia,) arguunt, ad eam olim Nationem ea, quæ nominibus illis ſignantur, pertinuiſſe, ex cujus idiomate eadem nomina detegi & explicari poſſunt.

XI. Unum adhuc reſtat dubium ex occaſione nominis *Iſtri*, hîc expediendum. Si nimirùm *Iſter*, originem ſuam antiquæ linguæ Hungaricæ debet; quid ergò dicemus de nomine *Iſtria*, vel *Hiſtria*? Reſp. Cum legam olim etiam viri nomen fuiſſe *Iſter*; (ſicut unum generorum *Danai*, celeberrimi illius in Græcia Ægyptii, hoc nomine Apollodorus *l.* inſignit;) hinc colligere poſſum, aliquem

 ejus

l. Lib. 2.

ejus nominis Heroëm Scytham, ſive è propinqua Græcia, ſive è Scythia, eò profectum ibique radicatum, (cujus domus & familia, poterat dici, *Iſtriana*, vel *Eſzteriana*,) nomen regioni illi dediſſe. Hic autem, alterius idiomatis ſub ſua habere jurisdictione populos, eodem modo potuit, ſicut poſtremis jam temporibus Illuſtriſſimi Croatiæ *Bani*, habent; licet ipſi de jure Regni, Hungarici ſint ſanguinis. Lego etiam in *Ponti* regione, (quæ inter ſuos incolas, non caruit olim noſtræ quoque Nationis parte,) fuiſſe Urbem *Iſtrum* m. dictam, cujus incolæ ceu Gentili nomine, *Iſtrii* vocabantur; hoc autem, ut patet, ex origine ſua eſt Hungaricum: fieri itaque potuit, quòd familia certa hoc nomine inter noſtros majores gaudens, poſt everſam Trojam, & multa alia loca per Aſiam minorem à Græcis occupata, unà cum aliis venerit verſùs Pannoniam, ac deinde ad eam Regionem, ubi nunc eſt *Iſtria*, profecta, eam cum comitibus ſuis occupaverit, eique à ſe nomen dederit. Conſtat ſaltem, nomen Regionis ejus ex Hungarici idiomatis fonte fluere. Quod verò huc maximè facit; nulla ratio obſtat, quò minùs dicamus, antiquiſſimis temporibus, cum primùm *Iſtri* Tractus hinc & inde inſideretur à populis, omnes ejus Tractûs incolas, vocatos fuiſſe, generali ad-

m. Steph. de Urbib. in voc. Ἴστρος.

huc nomine, Accolas *Iſtri*; ſicut noſtris in hunc uſque diem moris eſt, dicere, *Tiſza mellyéki, Duna mellyéki*; &c. (h. e. Tibiſci accola, Danubii accola, &c.) hinc ultrò ſequitur, ut dicamus, quòd, cum in dies magis ac magis multiplicarentur *Iſtri* accolæ, ex iis aliqui † venerint, cum certo ſuo Duce, (fortè hujusmodi nomen *Iſtro* cognatum gerente,) in eam regionem quæ nunc dicitur *Iſtria*; priſtinumque ſuum nomen ab Iſtro retinentes, etiam Regioni *Iſtriæ*, nomen dederint.

XII. Porrò differentia *Iſter* & *Eſzter*, ratione *i* & *e*, hîc ad rem nulla eſt. Sive enim noſtri olim *Iſzter* pronunciârint, [ut eſt vocis Chaldaicæ אִסְתְּהַר, *Iſthebar*, (Sol, vel Stella lucens, ab eadem radice,) prima ſyllaba,] ac lapſu temporis *i* breve in *e* breve mutârint; (quod facile eſt,) ſive ab initio, *Eſzter* quoque unà cum *Iſter* dixerint, (ut Hebræi nomen celeberrimæ Reginæ אֶסְתֵּר, *Eſther*, ab eadem radice,) ita ut pars eorum hanc, pars autem illam ſecuta fuerit in Natione latè pa-

 tenti,

† Huc facit fabula, ſed veritatis limâ repurgata, quæ exſtat apud Plinium, Lib. 3. c. 18. *Iſtriam, cognominatam* (inquit) *tradunt, à flumine Iſtrio, in Adriam effluente è Danubio amne.* Scilicet in gratiam celebrandæ Argonauticæ expeditionis, & reditûs per *Iſtrum*, finxerunt Græci *Iſtri* partem fluere in Adriaticum, eò quod pars *Accolarum Iſtri* in eas partes olim migraſſet.

tenti, pronuntiationem, Græci verò & Latini ſonum tantùm *i* retinuerint; nomen in re ipſa, unum idemque eſſe, eruditis eſt perſpicuum. Latini tamen ultimam terminationem, ſcribendo *Iſter*, origini ſuæ congruenter retinuerunt; Græci autem mutando in ος, (Ἴστρος,) idiomati ſuo eam propiorem reddiderunt.

XIII. Cum verò *Iſtro*, una cum *Iſtria*, jam à nobis explicato, magnâ ſui parte adjaceat, celeberrima & vaſtiſſima Germaniæ Sylva, imò magnus montium & regionum Tractus, nomine *Hercynia*, eaque graviſſimo *Julii* Cæſaris teſtimonio, *n.* extendatur benè inde ab *Helvetiis*, ad eam uſque regionem, quæ hodie Hungariæ

 accen-

n. Cæſ. de Bell. Gall. Lib. 6. *Hercyniæ Sylvæ latitudo, novem dierum iter expedito patet. Oritur ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione, pertinet ad fines DACORUM & ANARTIUM. Hinc ſe flectit ſiniſtrorsùs, diverſis à flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit; neque quiſquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe adiiſſe ad initium ejus Sylvæ dicat, quum dierum iter ſexaginta proceſſerit, aut ex quo loco oriatur*, (nempe quoad longitudinem,) *acceperit.* Confer, Notas Dalechamp. in Plin. Lib. 16. c. 2. Qui ſint *Daci* apud Cæſarem, novimus. Per *Anartes* autem, intelliguntur ii, qui *Anarti* Ptolemæo, in Dacia. (Vid. ſup. Part. 1. p. 68.) Suntque, *Walachi*, *Servii*, & *Bulgari*, explicante Ortelio, & ante eum Blaſio Vigenereo. Vid. Theſ. Geogr. Ortel.

accenſetur, *Daciam* nempe; jure noſtro agemus, ſi etiam h c nomen è ſuo fonte illuſtraverimus: quod eò libentiùs faciemus, quod à nemine videmus hactenus, hoc pro rei & nominis merito, eſſe præſtitum. Nomen hoc quam antiquiſſimum ſit, patet ex eo, quod etiam Scriptores, qui plusquam ducentis annis, Chriſti Natalem præceſſerunt, *Eratoſthenes* nimirum & *Apollonius*, ejus ut vulgariſſimi, meminerunt. Ille una cum aliis quibusdam Græcis, vocat o. *Orciniam*, hic verò partem ejus p. *Hercynium ſcopulum.* Soni o & e diverſitas in principio, paulò poſt explicabitur; quoad rem nempe, utrumque nomen idem eſſe.

XIV. De etymo nominis, taceo hîc ineptias è Græco idiomate, quaſi dictum eſſet ab ἕρκος, q. h. e. *ſeptum; quòd* nempe *hæc Sylva Germaniam ferè totam valli inſtar* cingeret; cum nulla jus Græcis, Sylvæ, quam nunquam primi denominârunt, nomen è ſuo fonte interpretandi; neque etiam vocula illa

 ſuffi-

o. Apud Cæſar. de Bell. Gall. Lib. 6. *Itaque ea quæ fertiliſſima ſunt Germaniæ loca circa Hercyniam Sylvam, quam Eratoſtheni, & quibusdam Græcis, famâ notam eſſe video, quam illi Orciniam appellant, Volcæ Tectoſagesque occuparunt,* &c. p. Apollon. Argon. Lib. 4. v. 640. Ἀλλ' Ἥρη σκοπέλοιο κατ' Ἑρκυνίου ἰάχησεν &c. *Verùm Juno ab Hercynio ſcopulo intonuit.* Ubi Scholiaſtes explicat; Ἑρκύνιον ὄρος Κελτῶν, ἢ δρυμός. H. e. *Hercynius, mons* (eſt) *Celtarum, vel Sylva querna.* q. Vid. Hofman. Lexic. Univerſ. Tom. 1. in voce *Hercynia.*

ſufficit ad integrum hoc nomen ritè elucidandum. An verò ſtare poſſit, quod aliqui putant *r.* *Germanicam eſſe* hanc *appellationem, à piciferis arboribus*, eò quod *reſina* Germanicè dicatur *Hartz*, atque inde etiam *Latinum vocabulum* ſit *derivatum*; eruditis & veritatem cum candore ſcrutantibus, ex iis, quæ hîc dicenda ſunt, expendendum permitto. Non enim tantùm *Hartz*, (multò minùs *Hartz-wald*, h. e. Reſinæ Sylva,) nominatur hic Tractus à veteribus, (ut taceam hîc *reſinam ſ.* non ſolùm è *piciferis* fluere arboribus, nec *piciferis* potiori ſuî parte hanc Sylvam conſtare, ut ſic à potiori fieret ejus denominatio, nec etiam tota, ſed tantùm in *Brunſwicenſi* Ducatu, vocatur Germanis *s. der Hartz*, à *reſina*, ut quidam volunt;) ſed *Hercynia*; ita ut neceſſariò inquirendum nobis ſit, cur conſtanter veteres, illud *in* vel *yn*, poſt primam nominis hujus ſyllabam, adhibeant?

XV. Dico itaque confidenter, vocem quidem *Hartz*, planè ad eſſentiam dicti nominis pertinere; ſed in alia longè & excellentiori ſignificatione, quàm cujusdam *reſinæ* viliſſimæ; (ut ſtatim dicetur;) eique jungendam eſſe aliam vocem, è quibus ſimul junctis nomen Sylvæ memoratæ congruum, aptiſſimè

 reſul-

r. Hofman. ibid. *ſ.* Vid. Plin. Lib. 24. c. 6.
s. Cluver. Introd. Geogr. Lib. 3. c. 5. Et conf. Ortel. Theſ. Geograph. qui vicinam *Manſveldenſem* ditionem hîc ponit.

reſultet, clarumque inde fiat, cur *Ammiano* laudatiſſimo Hiſtorico, hæ Sylvæ, *t. Martianæ Sylvæ* dicantur. Atque mihi complexum illud, quod hîc quærimus, eſt non aliud, quàm *Harcz-ſzin*, h. e. Prælii locus, præliis addictorum latibulum. Nimirum *Harcz*, (ſeu *Hartz*,) ſignificat nobis, *prælium*, *pugnam*, atque ipſum planè *conflictum*: unde, additò paragogicò *l*, fit *Harczol*, (h. e. pugnat,) cujus ſuprà *u.* meminimus. Radix eſt Hebr. חָרַץ, (Hharatz,) *Concidit*, *Exſcîdit*; item, *Movit ſe*, vel *ruit in hoſtem*. 2 Sam. 5. v. 24. Hinc eſt etiam Franco-Gallicum, *x. Hurt*, (ץ mutato in ט,) *impulſio*, *conflictus* militum; & inde *Hurter*, impellere, ferire. Alterum membrum nominis, *Szin*, ſignificat nobis, non ſolum *colorem*, item, *faciem* vel *ſuperficiem*; ſed etiam *receptaculum* quodpiam. Sic v. gr. *Recreatorium* aliquod, ſeu *Umbraculum* ex frondibus arborum contra æſtum erectum, vocamus *Szin*: ita etiam *Caulam* pecorum tectam, at patenter ſolummodò fulcris aliquot innixam, vocant noſtri agricolæ & pecuarii eodem nomine. Quà *colorem*, *vultum* & *ſuperficiem*, notat,

t. Lib. 21. pag. 202. ed. Lindebr. Hamb. 1609. *Profecturus itaque* (Julianus,) *per Martianas Sylvas*, &c. Conſule etiam Valeſ. ed. Par. *u.* Cap. 12 p. 79.
x. In Franco-Gallic. *Oùrt*; ad quod mihi præmonſtrator fuit. chariſſimus meus Amicus, Cl. D. *Lemonon*, Profeſſ. Ling. Gall. & Paſt. Franek. dum noſtrum *Harcz*, ei è ſua radice exponerem,

tat, venit à זן; de quo ſupra *y.*; quà verò *receptaculum* vel *latibulum inumbrans*, ejusdem eſt fontis, cum Hebraico סִינַי, *Sina*; quod non ſolùm *rubum*, ſed in genere *dumetum*, item, *ſiccum* ac *virore carens* ſignificat, a rad. סנה. Hinc nos *fœnum ſiccum*, vocamus *Szénas* & ligna vi ignis in carbones reſoluta, *Szén*; emortuum autem Carbonem, *Holt-ſzén*. Sed hæc obiter. Ex his jam *Harcz-ſzin*, gemino modo inſervit ſcopo. Nam quà *ſzin*, faciem ac ſuperficiem deſignat, (ut cum dicimus aliquid in *facie* loci factum eſſe,) eatenus *prælii* alicujus atrociſſimi, inter illas Sylvas, vel juxta èas quondam commiſſi, imo ut probabile eſt, rursùs iterati, *locum* indicat: quà verò receptaculum vel latibulum notat, (quem ego ſenſum hîc præcipuè ſpectari cenſeo,) ita jam *Harcz-ſzin*, conſueti & frequenter iterati *ex inſidiis prælii locum*, ac per conſequens *præliantium latibulum*, (uti in hunc uſque diem amant noſtri milites, ad exemplum veterum *Hunnorum z. Alborum*, ex latebris Sylvarum, hoſtem adoriri,) nobis ſignificat. Conſuetum autem olim fuiſſe militibus, in *Hercyniæ* latebris ſeſe occultare; apparet ex illa phraſi *Taciti*, *a.* quâ ſcribit (verbis Arminii) *Marobodum Hercyniæ latebris defenſum.*

XVI. Quomodo autem factum eſt ex *Harcz-*

 ſzin,

y. Part. 1. Pag. 298. *z.* Vid. Procop. de Bell. Perſ. Lib. 1. c. 3. *a.* Annal. Lib. 2.

ſzin, *Hercynia*, ut Latini habent; vel etiam *Orcinia*, ut Græci quidam; non eſt difficile explicare. Nam *cz* in fine prioris, & *ſz*, (ſeu ס,) in principio poſterioris vocis, longô ſeculorum uſû, ob cognatum ſonum, coaluerunt facilimè in unum; præſertim dum nomen hoc ab aliis quàm noſtris ore & calamo tractaretur: Græci autem ſuo more, Latinorum *c*, & noſtrum *Tz*, vel *cz*, (h. e. צ,) expreſſerunt per *k*; ut & aliàs facere ſolent. *A* etiam, frequentiſſimè mutatur in *E*; ut & in *O*; ut non mirum ſit, quòd *Eratoſthenes* & alii quidam Græci, loco noſtri *A* poſuerint O, & ſublatâ (ut ſæpè fit apud ipſos,) aſpiratione, dixerint *Orciniam*. Differentia tenuiſſima *i* & *y*, ex noſtris nata eſt. Nam in hunc uſque diem Pannonii Hungari, (h. e. ad Occidentem Hungariæ,) frequenter *ii* dicunt id, quod alii Hungari pronunciant *i*. Terminationem autem Latini & Græci ut ſuo idiomati congruere judicabant, adjecerunt.

XVII. Noſtram firmat expoſitionem (1.) *Ammianus* Marcellinus; quem jam diximus nominare has Sylvas *Martianas*; nec eſt ulla hactenùs (quod ſciam,) in exemplaribus ejus hoc de nomine varietas obſervata; neque etiam temeritatis & ignorantiæ eum hîc quiſpiam accuſare poteſt. Atqui ſi neges datam à nobis explicationem, vide quomodo poſſis ſalvare Ammianum: cujus veræ lectioni ſuffra-

gatur etiam *Lindebrogius* ex veteri Tabula Itineraria, ſic ſcribens de *Martianis Sylvis* ad verba Ammiani: *b. In veteri Tabula Itineraria, in deſcriptione Alemanniæ, mentio* (eſt) *hujus Sylvæ,* (nempe Martianæ,) *è cujus regione ponuntur Julio-Magus, Petovio, Rauraci.* Unde mirarer ſanè doctiſſimum Jac. *Hofmannum*, putantem, quaſi Ammianus *Hartianam* * hanc *Sylvam nominaſſet*, (à German. ſcil. *Hartz*, reſina,) *imperitus* verò *aliquis Linguarum* Gallicæ & *Germanicæ, temerè in Martianam commutaſſet*, mirarer inquam, niſi probè tenerem, eum ignoraſſe, exſtare aliquod idioma *Scythicum* juxta *Hercyniam*, cujus ope rectè mens eorum illuſtrari poſſet, qui una cum Ammiano *Martianam* hanc Sylvam vocarunt. Scilicet non ignoravit *Ammianus*, vel is qui primus hoc nomine has Sylvas inſignivit, fuiſſe olim earum interſtitia plana, *palæſtras* cruentiſſimorum *præliorum*, hocque nomen Latinum *Martiana*, antiquiſſimo ejus nomini *Hercynia*, (h. e. *Harczſzini*, nobis adjectivè,) reſpondere. (2.) Nomen quoque partis illius Sylvæ in Pannonia ſuperiore, quô noſtri eam hodie vocant, *Vértes*, datam fulcit expoſitionem. Nempe prima vox *Vér* in hoc compoſito, eſt *Sanguis*. Alteram verò multi interpretantur *Teſt*, h. e. *Corpus*; ut ſit nomen Sylvæ, à *ſanguineis cor-*

b. Obſervat. in Amm. Marc. Lib. 21. pag. 98.
* Conf. Cluver.

poribus. Verùm rectiùs tùm ad rem tùm ad nomen, dicitur *Töes*, (pro *Töues*,) & conjunctim *Vér-töes*; h. e. Sylva cujus arborum *radices ſanguine* ſunt *tincta*. Breviùs, *Sanguinearum radicum*, ſeu *ſanguinei ſoli*, ſcil. Sylva. Pro nobis & hoc facit, quod unum nomen *Hercyniæ*, eſt *Bacenis* † apud authores. Atqui hoc non aliud eſt, quam noſtrum *Bacony*, (Sylvæ de parte *Hercyniæ* nomen,) in ſuperiori Pannonia. Poſſet fortè aliquis Hungarus occaſione hujus expoſitionis mente volvere, annon *Hercynia*, dici queat etiam *Haraſztſzin*; h. e. Dumeto conſtans latibulum; ſed hoc non ſolùm longiùs recedit à dicto nomine, ſed neque rem ipſam tangit; ideoque rejiciendum. Ego datam ſupra expoſitionem, ut apprimè nomini *Hercyniæ* congruentem, retinere volo. Lux hinc accedat etiam *Hercynæ*, nominis fluvii in Bœotia, *c.* origini.

XVIII. *Carpathes*, nomen ingentium & ſterilium Tractûs montium in ſeptentrionali Hungariæ parte; vel cum *Carpit* noſtro, ſignificante velum appenſum, aut in tranſitu aliquo interpoſitum; vel cum *Korpa*, quod eſt furfur, (utroque, ut reor veniente à radice כרף, [Karap,] *extuberare*, *eminere*, vel etiam juxta Arab. *decorticare*,) habet meo judicio cognationem; *t* tum in *Cárpát*, tum in *Cárpit*,

† Vid. Ortel. Theſ. Geogr. *c.* Pauſan. in Bœot. ſeu Lib. 9. p. 602. & 603.

pro paragogico acceptò. Cum illo, eò, quod ſit interpoſita quædam eminentia inter Hungariam & loca ei vicina ad ſeptentrionem: cum hoc verò propter ſterilitatem. Saltem non video, quomodo ex aliis vicinis idiomatibus deduci poſſit, ſi non ex Hungarico habeat originem. Non eſſet mihi difficile etiam τὸ *Béts*, a בוץ, (Butz,) *pretioſum* notante, unde noſtrum *Bets* & *Betſes*; item *Poſony*, è פוש, (Pus,) *abundare*; *ony*, pro paragogico reputatò; *Szombath*, à שבת, (Schabat,) quieſcere; *Gömör*, à גמר, (Gamar,) *Perficere*, item; † *Conſumere*; *Caſſa*, à קשה, *Durum*, *firmum* eſſe, vel potiùs à כסה, (Caſa,) *Texit*; vel a כסא, *Thronus*, *Sedes*, deducere, aliaque multa hujusmodi nomini ordine illuſtrare; niſi iſto labore benè carere poſſent hæ Origines; in quibus & brevitati ſtudere, & præcipua, ut quæ ſunt antiquiora, tangere, ſtatutumeſt. Sunto nunc illa noſtræ juventuti Studioſæ, pro linguarum exercitio relicta.

XIX. Antequam verò ea quæ hîc præcipua dixi, tangam; moneo obiter, quòd nomina quædam apud Ptolemæum, *d. Jazygum* Civitates recenſentem, ultrò ſe produnt, eſſe vetera Hungarica; ut, v. gr. *e. Peſſium*, eſt *Peſt*, *Parca* eſt *Párkány*; *Triſſum* reſpondet nomini

 Tris,

† Ex hoc, reſpectus potuit fieri ad ſumptus Comitatûs olim illic loci. *Gyomor* quoque eſt ex ead. rad. *d.* Geogr. lib. 3. c. 7. *e.* Vid. ſup. Part. I. p. 61.

Tris, quô hodie Pagus quidam vocatur in Comitatû Gömörienſi: *Partiſcus* verò ut jam monui *f*. eſt *Kecskemét*; & quidem, licet primâ fronte vix appareat ob aliquam ejus deformationem, attamen ſtatim † apparebit eſſe verè Hungaricum. Nunc in tranſitu de recenti ejus nomine, propter ultimam ejus ſyllabam, *mét*, nobis primô intuitû quaſi peregrinam, ſuccinctè dicam. *Kecskemét* Latinis noſtris dicitur *Ægopolis*, h. e. Caprarum Civitas; ex eo, quòd olim, ut ex nomine evincitur, majorem Caprarum, quam aliarum pecudum copiam Civitas illa habuiſſet. Rectè nomen hoc expreſſit, quicunque Latinum illud primò formavit. Sed dubium per hoc, de ſyllaba *mét*, nondum eſt ſublatum. Prima pars nominis *Kecske*, (capra,) eſt propriè diminutiva vox, ſignificans quaſi pecudem parvam; (quod *ke* in fine nunc deſignat;) à rad. קוט, *kut*, (nunc inuſitata,) *t* mutato in *ts*; unde Chaldæis קְוָתִין, (Kevatin,) *Greges*. Vel ſi mavis à קצה, (Katza,) *amputavit*, *decurtavit in fine*; jam ſic a brevitate caudarum dicendæ ſunt capræ ex noſtro idiomate, quaſi *curtulæ*. Poſterior autem pars *Mét*, idem eſt quod Chaldæorum מָתָא, (*Mata*,) ſignificans ipſis *Civitatem* vel *locum*: cui Sclavi interſeruerunt *s*, ut eſſet cum levi mutatione *Meſto*; quod & ipſis eſt *Civitas* vel *locus*. Videmus ergò jam,

f. Part. 1. pag. cit. in Marg. † Paragr. ſequ.

quò fundamento *Kecskemét* hoc nomine vocetur. Nunc in vicinum ei *Tibiſcum* tranſeamus.

XX. *Tibiſci* nomina varia legimus. *Pathiſſus* vel *Pathyſſus* ut eſt apud Plinium, *g.* antiquius videtur eſſe quàm τὸ *Tibiſcus*, ſaltem quoad hanc formam. Hoc enim apud Ptolemæum Plinio recentiorem occurrit. Dubito tamen annon *Pathiſſus*, debuit dici *Parthiſcus*, ut eſt apud Ammianum *h.*; de quo ſtatim. Vel ſi *Pathiſſus* olim verè fuerit in uſu, illud non aliunde, quàm ab Hungarico *Paté*, olim *Pugnam* ſine dubio, vel *Contentionem* ſignificante; (ut τὸ *Cſaté-Paté*, i. e. Rixoſa contentio, oſtendit,) reor ortum habere. *Paté* autem eſt à rad. פטפט, (Petat,) *Clamosè loqui*; fortè quòd in præliis magni clamores excitentur. Atque hinc *Patés*, idem erit quod *Præliosus, a, um.* Vel, *Prælia ex conſueto habens*. Sic ex hoc fonte, Tibiſcus ideò *Patés* dici potuit; quia *frequentia* juxta eum hinc & inde fierent *prælia*. Ei ſi addas Græcorum ος, vel Latinorum *us*, fit Παθισσος, vel *Pathiſſus*. Aliud verò ejus nomen, *Parthiſcus* apud Ammianum, idem eſt cum veteri *Ægopoleos* nomine, quæ non longe diſtat à *Tibiſco*. An ad præſentem ejus à Tibiſco diſtantiam fuerit in hoc reſpectum; vel fortè olim Civitas ipſa propinquior erat Tibiſco; (ſicut non raro Civitates à vi-

g. Hiſt. Nat. Lib. 4. c. 12. *h.* Lib. 17. p. 117 ed. Hamb. 1609.

cino fluvio denominantur;) vel tantùm à *colliculis* circa eam exſtantibus hoc nomen ſit ſortita; obſcurum quidem eſt; at verò nominis ſignificatio, aliquam ex his requirit rationem. Nomen autem *Partiſcos*, videtur olim noſtris dictum fuiſſe *Partoskás*, & inde facilè etiam *Partuskos*; h. e. Colliculoſus, Tumuloſus; vel de fluvio, *Riposſus*; quaſi diminutivè. Unde Græci facilimè ſibi Παρθισκὸς poterant formare. Radix eadem eſt, quæ in proximè ſequenti nomine indicabitur. *A' ripis eminentibus* hic fluvius rectè poterat ſic denominari.

XXI. At verò magis genuinum, & longè præcedentibus antiquius Tibiſci nomen, fuiſſe, vel *Partos*, h. e. Ripoſus, (ſine diminutione,) vel κατ' ἐξοχὴν ſubſtantivè *Part*, (Ripa,) propter altas & eminentes ejus ripas, (ad ſimilitudinem fl. *Perat*, ut ſtatim dicemus,) ex Herodoto non obſcurè colligo. Is enim inter quinque *Scythiæ* (ut ille vocat,) fluvios, qui *Iſtrum* præ aliis adaugent, *magnum* illum eſſe dicit, quem Scythæ tunc vocarunt Πόρατα, i. *Porata*. Reliquis etiam omnibus, ut ejus verba docent, qui in *Iſtrum* influunt, hunc magnitudine anteponit. Atqui nullus alius eſt talis fluvius, quàm qui hodie *Tibiſcus*, (nobis *Tiſza*,) vocatur. Puto autem ipſum ex mala Thracorum aut ſimilium informatione ſcripſiſſe, *Porata*, cum

i. Herod. Lib. 4. c. 48.

Partos potiùs vel *Part*, ſive pro illa vetuſtate, *Parat*, debebat ſcribere : niſi Librarii incuriam hîc accuſemus. Ita enim rectè hæc pro ſcopo ſonabunt ex Schytica noſtra lingua. Dictus autem eſt hic fluvius, κατ' ἐξοχὴν, à ſuis *ripis*, vel *perruptione terræ* in *ripas*, eodem modo, quô Euphrates, (Hebr. *Perat*,) & quidem ab eadem radice פָּרַת, (*Paret*,) Rumpere, perrumpere : unde Chaldæis פּוּרְתָּא, (*Poreta*,) & פַּרְתָּא, (*Pareta*,) Ruptura. Inde etiam noſtrum *Part*, ripa. Si poſſet dici, Herodotum in Accuſat. plur. ſcripſiſſe hîc Πόῤῥετα, cujus Nominativus ſing. ſit τὸ Πόῤῥας, (*Poras*,) ita quoque ex noſtro potius quam alio eliceretur idiomate, vera nominis origo & ſignificatio. Eſſet enim ſic *Poras*, idem quod *Phorrás*; quod nobis non ſolùm *fervorem* aquæ ad ignem, ſed præcipue *ſcaturiginem* aquarum ſignificat. A פרר, ſine dubio; unde פִּרְפֵּר, (Pirpar) Hebræis, *Se movere*, vel *motitare*; quod in aquis ſcaturientibus eſt conſpicuum. Sed quia tum noſtri ipſos fontes aquarum ſolent hoc nomine inſignire, non verò flumina; tùm verò, pluralis non videtur hîc locum habere; ideò prius magis placet, ut nempe exiſtimem apud Herodotum Πόῤῥετα eſſe corruptè poſitum vel pro *Partos*, vel verò pro *Part*. Et cùm τὸ Πόῤῥετα, propiùs accedat ad τὸ *Part*, quàm τὸ *Partos*, dicendum eſt, olim *Part*, non ſolùm ſimpliciter *Ripam* vel *Colliculum* noſtris ſignificaſſe; ſed ex vi radicis, etiam

etiam *fiſſionem* ſeu *ruptionem* terræ in tumulos vel ripas. Atque hoc modo *vis* fluvii in *perrumpenda terra*, hoc nomine appoſitè expreſſa eſt. Hic obiter moneo, apud Strabonem, pro fluvio *Pariſo*, *k.* in Danubium ex montibus defluente, quosdam legere, *Mariſum*; verùm ego puto, aut voluiſſe Strabonem, *Partiſſum* illic ſcribere, (quod propiùs accederet ad noſtrum *Partos*,) aut verò ex prava informatione, vel ignoratione veri nominis, pro *Partiſſo*, *Partiſco*, vel *Pathiſſo*, illud poſuiſſe. Nam alibi ſeorſim, ſcribit de *Mariſo*, *l.* quod is per *Getas* labitur in Danubium. (Quod tamen mediante Tibiſco intellige; in eum enim ſe primùm exonerat.) Adde, quòd ſecùs, tam celebris fluvii, nullam planè reperies mentionem apud Strabonem, (quod non eſt probabile,) ſi *Pariſum* pro *Mariſo* apud eum accipias.

XXII. Porrò, nomen recentius *Tibiſci*, (ut vocatur à Ptolemæo,) non auſim dicere eſſe origine Hungaricum. Habemus quidem *Tiba*, nomen Pagi, ab eodem fonte puto, cum תֵּבָה, Theba, (*arca*,) Hebræorum; ſed quomodo inde τὸ *Tibiſcos* eruam, non video; niſi dicas *Tibaskos* veteribus Hungaris idem fuiſſe, quod *alveoſus*, alluſione ad arcæ cavitatem. Sed nolò merâ & inani hîc conjecturâ niti. Si eſſet *Tzibakos*, vel *Tibókos*, jam ſit nomen

k. Strab. Lib. 7. pag. 313. ed. Par. 1620. *l.* Lib. eod. pag. 304.

magis eſſet Hungaricum, præſertim prius illud, ut norunt Hungari; ſed ad rem parùm aut nihil ea hîc faciunt, cum de flumine eſt ſermo. Puto itaque, à populis *Dacicæ* originis illud nomen ei aliquando inditum fuiſſe, ſed in alia paulò forma: videlicet, à *Thieff* (profundum,) & *Thieffe*, profunditas, quod populis inferioris Germaniæ, eſt *Diep* & *Diepte*. Facilè Græci pro ſuo ſono poterant inde formare *Tibiſcos*, præſertim ſi Daci tunc dixerint *Diep*, *Thib*, & hinc *Thibeſa*, nomen Fluvii. Legimus ſanè apud Herodotum, nomen cujusdam fluvii ex *Hæmo* monte *Thraciæ*, ortum habentis, *m.* Τίβησις, (*Tibeſis*;) unde Græci, ob vicinitatem etiam tractuum, eò faciliùs formare ſibi poterant pro denominando Daciæ flumine, Τίβισκος. Firmat autem meam de dicta nominis à *Thieff*, origine conjecturam, quod apud Priſcum *n.* legam nomen fluvii Τιφήσας, *Tiphesas*; quod jam ſupra † docuimus eſſe *Tibiſcum*. Hoc verò quam propè ſit ad Germanicum *Thieff*, vel *Thieffe*, unusquiſque videt.

XXIII. Nomen autem quô nos hodie vocamus eum *Tiſza*, non etiam eſt novum; ut patet ex Jornande, apud quem *o.* & *Tyſia* & *Tibiſia* legitur. Si diceretur *Tiſzta*, jam hoc

 purum

m. Herod. Lib. 4. c. 49. *n.* Priſc. Excerpt. de Legat. p. 55. † Part. 1. Pag. 108. *o.* Jornand. de reb. Getic. c. 34.

purum & *limpidum* ſignificaret. Sed cum quædam flumina minora Hungariæ, v. gr. *Sajó* & *Hernád*, limpidiorem habeant aquam quam *Tiſza*; non video inde nomen hoc deducendum: nec etiam litera *t*, juxta proprietatem idiomatis noſtri, facilè inde potuit excidere, ſi priùs fuiſſet *Tiſzta*. Alia ergo ejus origo quærenda; nec dubitandum eſt id fluere ex antiquo Hungariſmo; cum non ſolum conſtans ejus apud noſtros in hoc flumine denominando uſus, & apta cum aliis vocibus & ſonis Hungaricis conſonantia; ſed etiam arboris cujusdam, *Tiſza-fa* dictæ, & τὸ *Tüſzö*, (longam crumenam notantis,) denominatio, id ſuadere videatur. Venit autem ut reor, ab antiqua radice חתז, unde Judæis, הִתִּיז, (Hetez) in Hiphil, *amputare*, *abſcindere*, ac per conſequens *rumpere*. Inde תִּיזָא, (Tiza,) poterat noſtris majoribus flumen hoc dici, à *ſcindendis* ſibi cum violentia *ripis*. (Ejuſdem radicis eſſe cenſeo, *Thiſa* & *Thiſoa*, nomina Urbium Arcadiæ, apud Pauſaniam; *p.* quod obiter moneo.) Poterant verò aliqui per jocum id, etiam *Tüzes* vocare, (à Tüz q. e. ignis, ab eadem radice, eo quòd *rumpat*, combuſtibilia, vel à חָמַם, *fervere*;) h. e. *ignitum*; quod nobis aliquando per metaphoram, etiam *petulantem* & *inquietum* ſignificat. Scilicet violentia fluminis, huic nomini occaſionem dare

p. In Arcad. ſeu Lib. 8.

poterat, præſertim quod *Tüz* & *Tiſza*, fluerent ab eadem radice; à qua etiam Gallicum *Tiſon*, (titio,) puto originem habere. Non eſſe hanc inanem conjecturam, Herodotus docere nos poteſt. Is enim apertè tradit, quod fluvium *Porata* Scythis dictum, (quem jam docuimus hunc ipſiſſimum *Tiſzam*, ſeu *Partiſcum* eſſe,) Græci tunc appellârunt Πυρετὸν, *Pyreton*; quod nomen ἀπὸ τοῦ πυρὸς, (ab igne,) *fervorem*, *ardoremque* ſignificat; unde *febris* eo vocabulo ſignatur. Græci illi non poterant meliori fundamento hunc fluvium vocare πυρετὸν, quàm ſi intellexerant ex noſtris majoribus, quoſdam vocare illum etiam *Tüzes*, quod *ignitum* ſignificat; vel quia expoſitum acceperunt ab iiſdem, quod verum etiam nomen ejus apud multos Hungaros eſſet id, (*Tiſza*,) quod cum igne, ex origine ſua cognatum ſit. Ita nimirum ſentio; quòd fluvium eundem, Scythæ Orientales & ſeptentrionales, (ultra & ſupra Tibiſcum,) vocaverint *Partos*, vel *Part*, ut ex Herodoto obſervavi; Scythæ verò Occidentales & Auſtrales, cis fluvium, & qui olim in Græcia erant, nominabant *Tiſzam*; à quibus facilè poterant Græci diſcere, quomodo nomen *Tiſzæ*, in Græcum idioma utcunque tranſponendum eſſet. Nam vanum eſſet ad hoc confugere, quòd ex corrupto Herodoti *Porata*, formatum fuiſſet Græcorum *Pyretos*, pro fluvio hoc denomi-

nominando; cum fundamentum à me indicatum, eâ inanitate, longè melius erat ad fluvium ita Græcè denominandum. Moneo hîc obiter, apud Tacitum, *q.* *Cuſum* in Acc. nomen fluvii, cum fl. *Marus* junctum, corruptè pro *Tiſum*, vel *Tiſſum*, haberi; niſi *Cruſum*, pro *Körös* legas.

XXIV. *Mariſus* fluvius Tranſylvaniæ, & partis Hungariæ, idem eſt, qui Herodoto Μάρις, *r.* *Maris*; quem *Iſtro immiſceri* ſcribit: Quod jam dixi (dum ſimilem Strabonis ſententiam explicarem,) mediante *Tibiſco*, intelligendum eſſe. Etſi verò dicat Ortelius, *ſ.* *non videri* hunc fluvium *eſſe Maris Herodoti*; attamen & textus Herodoti ritè expenſus eundem eſſe monſtrat, & doctiſſimus *Lipſius* jam in *Tacitum* rectè obſervavit, *s.* *Marus* Taciti, *Mariſus Strabonis*, & *Maris Herodoti*, ejusdem fluvii nomina eſſe. Atque ſic antiquitas nominis ex Herodoto ſatis patet. Nobis hodie dicitur *Maros*. Quod autem Herodoto eſt *Maris*, id puto inde eſſe, quia noſtri Majores præſertim cis Tibiſcum, juxta Danubium, & in Græcia, *Marus* dixerint; ſicut in hunc usque diem, locus ad Danubium eo nomine vocatur: unde cum *u* proclive ſit in *y* apud Græcos mutari, atque hujus ſonum ſubinde in *i* tranſire, hinc evenit, ut ex informatione ali-

 cujus,

q. Annal. Lib. 2. *r.* Herodor. Lib. 4. cap. 49. *ſ.* In Theſaur. Geograph. *s.* Lipſ. Not. in Lib. 2. Annal. Tacit. pag. 67.

cujus, qui pronunciavit ultimam ſyllabam, quaſi per *y* vel *i*, Herodotus ſcripſerit *Maris*. Ita in hunc uſque diem, Germani appellant *Maeriſch*. † At meliorem habuit informatorem *Tacitus*, circa an. D. 98. (licet in aliis nominibus, ſive ipſe ſive ejus exſcriptor, ſubinde ſphalmata committat,) qui in Accuſat. ſcripſit *Marum*; unde in Nominativo, erat ei hic fluvius *Marus*. Venit autem à rad. מָרַס, (Maras,) *Conterere, atterere*: Item, *Miſcere, circumagere*. Unde juxta primum ſignificatum, מְרַסָא, (MüRſa,) *Contritio, attritio*. Atque hinc Hungaricum *Morſa*, h. e. mica. Fluvio huic nomen ex hac radice, *Maros*, quaſi *atterens*, & *rapidâ* ſui *circumagitatione* obvia conquaſſans, planè congruum. Eſt enim fluxus ejus impetuoſus. Habemus aliud etiam nomen, ſed ab alia radice, (a מרה, quod in Aphel אמרה, eſt *irritare*,) nempe *Marós*, (ultimâ longâ,) ſignificans *mordacem*. Sed ut jam notavi, prior radix nomini fluminis dedit originem. Præterea, obſervavit Lipſius, ab *Æthico* Hiſtro, (qui circa an. D. 400. videtur floruiſſe,) flumen hoc vocari *Margus*. Quod ſi olim aliqui ita vocârint, (qui tamen ab antiquioribus & pluribus ſuperantur,) illi quoque Hungaricum idioma levi cum mutatione hîc expreſſerunt. Nam *Morgó* & *Morgós*, (à מְרַג, *impellere*,) idem nobis eſt, quod *murmu-*

† Vid. Ortelii Theſau. Geograph.

murmurans. Undiquaque patet nomen fluvii eſſe originis Hungaricæ. Eſt quoque Comitatus in Hungaria, in finibus ejuſdem & Tranſylvaniæ, verſus ſeptentrionem, *Mara-maroſs;* quod etiam poſteriori ſuâ parte, cognatum eſt nomini prædicti fluminis. At vero hoc etiam compoſitum, eſſe antiquæ & orientalis originis, patet ex eo quod & in Lycia * verſus Pamphyliam & Ciliciam, *t. Marmares,* (in plur. Μαρμαρεῖς,) nomen Populi ac Urbis fuerit, & in Syria, (vicinia veterum Scytharum,) Urbs *u. Marmara* dicta. Ex his patet, apud Plinium etiam rectiùs legi *x. Morus,* quaſi *Marus,* pro hoc flumine, quàm *Amoros* vel *Amorois,* juxta quosdam.

XXV. Eſt quidem novum comparatè ad vetuſtiſſima, nomen quoddam Hunniacum, quod legitur apud *Jornandem,* an. D. 552: verùm & id non mediocriter facit ad adſtruendam *Hunnorum* & *Hungarorum* idiomatis unitatem. Refert enim ille, Tractum quendam Terræ juxta *y. Danubium,* (in Scythia, ut ipſe loquitur,) ab *Hunnis,* tempore filiorum Athilæ, dictum fuiſſe *Hunnivar.* Atqui hoc, ſi paulò rectiùs formetur, eſt ipſiſſimum Hungaricum *Hunnya-Vár,* † vel *Hunnya-Vára;* h. e.

* Lycia duplex eſt; Troica & ad Cariam. De poſteriori videtur loqui Hiſtoricus. *t.* Vid. Diod. lib. 17 p. 508. *u.* Vid. Ortel. Theſ. Geogr. *x.* Plin. Lib. 4. c. 12. *y.* Jornand. de Reb. Get. p. 628. ed. Baſil. † Rad. *τοῦ Vár,* eſt בר, *Liberum, Exterius.*

Tugurii, ſeu *Tuguriorum munimentum*. Sive potiùs, *Caſtrametantium Arx*: quod hodie cum affixo ſecund. perſ. dicimus *Hunyad-Vár*, vel *Hunyad Vára*; h. e. *Hunyadienſis arx*; vel propriè, *Tugurii tui Arx*. Inde etiam integer Comitatus in Tranſylvania denominatur, *Hunyad-Vár megye*: eodem modo poterat olim, integer Tractus, ab aliqua Arce denominari. *Hunyad* quidem hodie ſatis benè diſtat à Danubio; ſed poteſt fieri, quòd vel *Jornandes* locum etiam remotiorem à Danubio, quaſi propinquiorem, nominaverit, (fortè ob ejus latè tunc extenſum territorium,) vel alius etiam locus fuerit olim ejusdem nominis. Certè in finibus Walachiæ & Moldaviæ, propè Danubium, cernitur hodie etiam in Tabulis, *Uj Vár*; (h. e. Nova Arx;) quod eſt genuinum nomen Hungaricum, non verò Sclavonicum, Dacicum, Gothicum, vel Walachicum. Potuit ergo & *Hunnya-Vár* olim illic eſſe; vel idem locus, gemino vocari nomine.

XXVI. Porrò legimus apud Strabonem hujuſmodi verba: z. Ἀτμονοὶ λέγονταί τινες, καὶ Σιδόνες, οἱ ἣ τὴν πευκὴν κατασχόντες τὴν ἐν τῷ Ἴστρῳ νῆσον, πευκινοί. *Atmoni nominantur alii, alii* SIDONES; *Peucini, qui inſulam Iſtri Peucen occuparunt*: quibus etiam aliqua lux ex idiomate Hungarico affulgebit. De Baſtarnis Scy-

z. Lib. 7. §. 306.

this, Tyrigetis confinibus, paulo antè loquebatur Strabo; quos ait *ferè* eſſe Germanici generis, ac in plures dividi populos, nempe in *Atmones*, *Sidones*. &c. Quinam fuerint *Atmones*, nil hîc refert ad meum ſcopum ſcire; fortè alii qui ſunt originis Dacicæ, Germanicæ vel Sclavonicæ, faciliùs quàm ego, nomen illud explicabunt. Præcipuum quod hîc quæri meritò poteſt, eſt nomen *Sidonum*; quinam hi populi fuerint; præſertim quòd cum nomine *Sidoniorum*, nomen hoc cognatum eſſe videatur? Strabo ut videmus, eos *Baſtarnarum* populos vel partem eſſe dicit. [Et Ptolemæus veteris Germaniæ populis accenſet.] Sed hoc non ſufficit ad plenam nominis explicationem. Ego ex noſtra Scythica linguâ facilè reſpondeo, hos *Sidones*, fuiſſe populum *Hebraicæ* originis, medios inter Scythas, (eodem modo, ut inter alios populos à longo ſeculorum decurſu,) ἐν τῷ διαστήματι habitantem: Strabonem verò, ut ad Græcos, à Jazygibus vel aliis Scythicæ originis populis, perlatum acceperat, ita nomen eorum exaraſſe, non curatò, cujusnam originis populi eſſent. Baſtarnis verò accenſet eos, qui in medio eorum incolatum habuerunt. Cur ita ſtatuam, non invalidum habeo fundamentum. Nam nos Hungari, & Sclavi nobiſcum, Judæum conſtanter vocamus *Sidó*: (Sclavi, ſi benè memini, *Sidow*:) ita ut *Judæi* vel *Hebræi* nomen,

in vernaculo noſtro ſermone penitùs ignoretur; exceptô, quod τὸ *Juda* novimus ex Sacro Codice, filium *Jacobi* fuiſſe, atque demùm populum Dei eodem nomine denominatum; non tamen ideò unquam *Judæos*, hoc nomine appellamus, ſed illô vernaculo *Sidó*.

XXVII. Jam ſi quis quærat, quomodo & quando in viciniam inſulæ *Peuces* hi Judæi diſperſi ſunt; non eſt difficile hunc etiam nodum nobis ſolvere. Poterant enim vel inde ab imperio Alexandri M., (qui ſuprà Macedoniam, ad Iſtrum uſque † ſuum extendit Dominium,) eodem modo eò commigrare, quô in Macedoniam & alias Græciæ regiones; quorum multos Apoſtolus prædicans illic offendit: vel quod mihi probabilius videtur, fuerunt hi è decem tribuum, à Rege Aſſyriæ, in viciniſſimas *Scythiæ* *a*. Regiones olim deportatarum, poſteris; qui, cum alii ipſorum populares, adeò in alias Nationes Scythicas temporum decurſû degeneraſſent, ut nullo modo ab iis diſcerni poſſent; ipſi tamen, ea ſaltem ſuæ diſtinctionis adhuc retinuerunt veſtigia, è quibus nomen hoc ab aliis Scythis audirent, ut vocarentur *Sidones*, h. e. Hebræi. Poterant ſe ad minimum *Sabbati*, *abſtinentiâ* à quibusdam cibis, & aliqui *Circumciſionis* quoque ritibus, medios etiam inter Scythas ab aliis ita diſtinguere, ut tamen ab exteris, ob eoſdem

Pars II. in

† Polyb. Lib. 1. ſub init. *a*. 2 Reg. 18. v. 11.

in multis mores cum Scythis, eundem habitum & armaturam, Scythæ reputarentur. Quâ viâ autem ab interioribus Scythiæ, noſtri olim in citeriores partes Scythiæ & in tractum Danubii, lapſû temporum transmigrarunt, eâdem etiam hi poterant à priſtinis ſuæ diſperſionis ſedibus, in viciniam oſtiorum *Iſtri* penetrare. Judæos olim fuiſſe inter Scythas, vel hoc nobis perſuadere poteſt, quòd hodie plurimi eorum degunt inter Turcas. Sunt etiam aliqui eorum in Tranſylvania. Sunt ibidem alii etiam ab hodiernis Judæis diſtincti, noſtris *Sabbatarii*, à Sabbati obſervatione dicti: qui præter *Sabbati* obſervationem, etiam à *lardo*, à *ſuffocato* & *ſanguine* abſtinent: Hungaros tamen ſe dici volunt. Adde verò his, (ut eò magis tibi perſuadeas, in viciniam *Iſtri* facilè potuiſſe olim etiam aliâ viâ penetrare *Judæos*,) id quod jam doctiſſimus *Huetius* ex *Joſepho b.* annotavit, Joſaphatum Regem Juda, & Ochoziam Iſraëlis, negotiatum miſiſſe olim aliquos de ſuis in Thraciam, vicinasque Ponti regiones.

XXVIII. Judæos autem etiam ab aliis Gentibus dictos fuiſſe olim, cognato huic quô a nobis appellantur nomine, *Sidonios*, patet ex Strabone, *Moſchum Sidonium* ex Poſidonio memorante, & additâ illuſtris Viri *Huetii* de hoc

b. Joſeph. Antiq. lib. 8. c. 1. & Huet. Demonſtr. Evangel. Propoſ. 4. c. 12. p. 237.

Moſcho obſervatione. Scribit enim Strabo: *c*. τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα, παλαιὸν ἐστὶν ἀνδρὸς Σιδονίου Μόχου πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος. *Dogma de atomis antiquum Moſchi eſt, hominis Sidonii, qui ante tempora Trojana vixit.* Quo de *Moſcho*, doctiſſimus *Huetius* hæc conſignat: *d. Hic ipſe* Moſes *eſt, quem Moſchum Sidonium appellat Strabo, quemque Phyſica tractaſſe ait.* (Nempe Hiſtoriam Creationis.) Et alibi: *e. Moſchus ille Sidonius, quem teſtem citat Strabo, Moſes ipſe fuit.* Vides! judicio magni Viri, *Moſen* natione Judæum, dictum fuiſſe *Sidonium.* Cur autem *Sidonius* dictus ſit, hanc dat Vir eruditus rationem; quòd *f. Phœnices* (quorum nobiliſſima pars olim *Sidonii*, ut mox dicetur,) *cum Judæis confundere Græci ſolent; quippe & Palæſtinam Phœnicen eſſe dictam, & Judæos Phœnicibus permiſtos perhibent veteres Geographi: Et Tyriis tribuit Theophraſtus in libro de Legibus, quæ Judæis ſolis convenire docet Joſephus; nec Phœnices & Syros Palæſtinam incolentes à Judæis diſtinguit; nec diſtinguit Ariſtophanes, cum Phœnices appellat* Ψωλὰς, *recutitos; cum non ipſi, ſed vicini eorum Judæi præputia ponerent.* Hæc ille. Quibus lucis causâ amplioris, hæc tantùm de noſtri idiomatis vocabulo addo. Cum conſtet inter omnes *Chananæos*, (h. e.

Pars II. **Phœni-**

c. Lib. 16. p. 757. ed. An. 1620. *d*. Demonſt. Evang. Prop. 4. c. 2. pag. 78. *e*. Ead. Prop. c. 14 pag. 274. ed. Amſtel. *f*. Ibid.

Phœnices Græcis dictos,) antiquiſſimis temporibus *Sidonios* fuiſſe maximè celebres, tum ab Urbe *Sidon* vetuſtiſſimâ, *Tyro* etiam antiquiore, tum à progenitore ſuo ejusdem nominis, g. *Primogenito Chanaan*; conſtet etiam eruditis, Hebræorum linguam in omnibus eſſentialibus eſſe Chananæorum veterum linguam; ut proximè memoratus Huetius etiam rectè obſervat, ex Iſa. 19. v. 18.; hinc noſtri majores dum adhuc in *Aramea* ad *Araxen* poſiti eſſent, eos qui non ſolùm incolebant terram Chananæorum, (Abrabæ nimirùm poſteros,) ſed & idiomate Chananæorum loquebantur, vocarunt *Sidonios*, (h. e. noſtro idiomate *Sidó*, abjecto *nun* paragogico,) eò quod *Sidonii* tunc eſſent præcipua ac nobilior pars Chananæorum. Eodem modo *Sidonii* pro *Chananæis*, accipi poterant, ac ſi quis *Hollandum*, (quod ſæpè fit apud exteros,) pro *Belga* nominaret. Nota interim hinc quoque antiquitatem idiomatis Hungarici; quô Populus *Judaicus*, nomine, ipſô antiquiore vocatur.

XXIX. De notatione nominis *Tzidon*, a צוד, (venari, piſcari,) conſulat lector Bochartum. Cui tamen addo; non minus videri probabile, *Sidon* Urbem per ס loco צ, ab orientalibus populis, & ab ipſis Chananæis, dictam fuiſſe a Chald. rad. סוד, (Sud,) *incruſtare*, *cæmentariam* artem *exercere*, unde

g. Gen. 10. v. 15.

סָיָד, (Sajad) *Cæmentarius*, ob varias ſui artes, & inter illas, ob excellentiam in arte cæmentaria, & in genere, murorum ſtructurâ, quàm juxta Bochartum, *h. à piſcium ubertate.* Qui enim inter multas artes, in arte vitraria, & architectonica lignariâ † excelluiſſe dicuntur; illos etiam in muraria peritiſſimos exſtitiſſe, valde probabile eſt. Hoc poſito, dicendum eſt צוד Hebræorum, præter ſignificationem *venandi* & *piſcandi*, olim idem quoque, quod cognatum ejus סוד, ſignificasſe. Vel ſi mavis, dictam fuiſſe Orientalibus ab Hebr. סוֹד, (Sod.) quod hodie arcanum in S. Codice ſignificat; inde, סוּד, (*Sud*;) verbaliter, in Kal particip. præter. potuit olim rectè ſignificare, *peritum* eſſe *in ſcientiis arcanis* & eximiis: unde nomen *Sidonis*, tot inſignium artium & ſcientiarum peritis, aptiſſimè formari poterat. Atque ſic סוד quoque non ſolùm *externè venari*, ſed & *venari mente*, h. e. *ſcrutari* ac *rimari* aliquid, olim ſignificâſſe, ſupponendum eſt. Quis enim jam neſcit, צ & ס, ita apud orientales olim *i.* permutata fuiſſe, ut ſignificata tamen vocum hujusmodi mutationem habentium, eadem eſſent?

k. Vid. Bochart. Phaleg. Lib. 4. cap. 35.
† Vid. 1 Reg. 5. v. 6. Confer. Strab. Lib. 16. p. 757. *i*. Vid. Bochart. Phaleg. Lib. 2. c. 30. pag. (mihi) 165.

XXX. Nomen quoque inſulæ, in oſtiis Iſtri, *Peuce*, à Strabone nominatæ, eſt purè Hungaricum, ſi benè excutiatur. Idem eſt, quod hodie nobis dicitur *Pécs*, aliàs *Pöcs*: quod veteres non ita pridem etiam ſcripſerunt *Peuch*; quod ex libris quibusdam impreſſis, manifeſtum eſt. Quo nomine hodie quidem vocatur Civitas *Quinqueeccleſienſis* in Pannonia: olim verò eodem, prædicta inſula fuit à noſtris majoribus inſignita. In alio etiam ſignificatû *Pecs* per *e* breve, eſt Hungaricum; quod tamen hîc interpretari, non eſt neceſſe. Puto autem nomen inſulæ *Pécs*, (ſeu *Peuce*,) originem ſuam ducere à rad. פֶּחָה, (Pecha,) *Dux*, *Princeps*; eò quod *Peuce*, ſex k. *inſularum inter Iſtri oſtia*, eſſet *maxima & notiſſima*, ac per hoc, princeps earum. Meminit etiam *Apollonius* l. hujus inſulæ *Peuces* in Iſtro; quod etiam facit ad antiquitatem hujus nominis Scythici, inſulæ impoſiti. Quod autem *Scholiaſtes* Apollonii, ex Eratoſthene, ſcribit hanc inſulam dictam fuiſſe πεύκην, *Peucen*, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν πεύκας, *eò quod multas haberet peucas*, i. e. *pinos* vel abietes; ad eam figmenti Græcorum libertatem referendum eſt, quâ illi ſubinde nomina ſibi de origine ignota & barbara, ex ſuo idiomate auſi ſunt explicare, quærentes vocabula ſono il-

k. Mela, & ex eo Caſaub. Not. in Strab. Lib. 7.
l. Apollon. Argon. Lib. 4. v. 309.

lis aliquomodo cognata. Quid enim attinebat olim ad Græcos, antiquiſſimum aliquod nomen inſulæ huic imponere, cum nec Alexander M. eam ſui & Græcorum juris facere potuerit? Maneat ergo illud, quod Scythæ vetuſtiſſimis temporibus hoc nomen inſulæ impoſuerunt. Sed ex oris Scythiæ, jam in interiora ejus penetremus.

XXXI. De *Tanais* & *Mæotidis* aliis nominibus Scythicis, (quanquam & illa Scythica ſunt,) hæc tradit Plinius: *m. Tanain ipſum Scythæ* Silyn *vocant*; *Mæotin* TEMERINDA, *quod ſignificat*, *matrem maris.* Celeberrimæ paludis nomen, (ut à poſteriori incipiam,) audimus hîc fuiſſe id etiam, quod ſignificaret, *Matrem maris.* Mater nimirum maris ideò dicebatur, quia nutrit mare Euxinum, aquam ſuam in id transmittendo. Unde etiam putârunt olim Græci, dictam eſſe Mæotidem, *n.* ἀπὸ τῆς Μαῖας, eò quòd eſſet Μαῖα, h. e. *nutrix Ponti.* Verùm hoc opus hic labor eſt, τὸ *Temerinda*, ita eruere ex aliquo idiomate *Scythico*, ut & ſonus aliquomodo cognatus maneat, & præterea nomen ita erutum, *Matrem maris* ſignificet, niſi admittamus quod verum eſt, nomen idiomatis Hungarici compoſitum, hîc corruptum eſſe; ut in multis

 aliis

m. Plin. Lib. 6. c. 7. *n.* Vid. Euſthat. in Dionyſ. v. 165. & ex eo Thom. de *Pinedo* in Steph. in voc. Μαιῶται.

aliis ſæpè fit. Non aliud veris Scythis olim hoc nomen fuit, quàm *Tenger-annya*; quod nobis planè *Maris-matrem* ſignificat. *Tenger* nimirum eſt *Mare*, à rad. Chald. תְּגַר & תַּגַּר, (*Tegar* & *Tagger*,) per tranſitionem *Dages* in *nun* more Chaldæorum; (ut ex *Tagger* fieret *Tanger*, inde *Tenger*,) geminâ etiam ratione derivatum. Primò enim ſignificat verbum illud, *negotiari, mercaturam exercere*. Unde Mari nomen *Tenger*, quaſi mercaturæ exercendæ in navibus ac promovendæ locus, poterat imponi. Sed ſecundò idem verbum notat etiam, *litigare, contendere*, & per conſequens, *inquietum*, ac *turbulentum* eſſe. Aptiſſimum planè inde nomen Mari turbulento, & contentioſo adverſùs mortales. Alterius vocis (*Anya*,) originem jam in ſuperioribus dedimus. Ubi geminatio literæ *n* in hoc compoſito, eſt propter ſtatum conſtructum, & affixum tertiæ perſonæ, quod in ultima ejus ſyllaba involvitur. *Annya* eſt contractè pro *Anyája*; quia illud elegantiùs ſonat. Quòd *Tenger-annya* in *Temerinda* corruptè transformatum ſit; præter communem ac frequentiſſimum alienorum in alienis vocibus ceſpitandi morem, cauſam eſſe puto informationem à *Dacis* veteribus acceptam; quam ſive *Plinius* ipſe perceperit, ac vocem *Temerinda* corruptè ſcripſerit, ſive ejus proximi poſt ejus obitum exſcriptores, perinde eſt ad noſtrum inſtitutum. *Daci* ni-

 mirùm

mirùm veteres ut probabile eſt; volebant Hungarico nomini nomen ſono ſimile, ſed diverſæ ſignificationis formare; quod denotaret *Maris finem*; eò quod ultrà Pontum ſit Palus Mæotidis, quaſi ad extrema ejus. Hinc dixerunt eam *The-mers end*; quod propriè eſt *Maris finis*. Jam Plinius, vel ejus exſcriptor, cum audiret circumferri vocem Dacicam, *The-mers-end*, pro Scythico nomine Mæotidis, illud apprehendit & formavit inde, *Temerinda*, pro Latino ſono; cum tamen aliud ſcribere debebat, ſono quidem aliquantò cognatum, ſed ſignificatione longè diverſum, ut interpretatio appoſita oſtendit. Atque hinc Annotator in Plinium, *o.* non capiens quodnam eſſet nomen Scythicum, cognati ferè ſoni cum *Temerinda*, quod *Matrem maris* ſignificaret, putavit omninò vetus hîc Scythicum nomen, fuiſſe quaſi *The mers end*, *ſeu ut nos pronunciamus* (inquit ille) *Des-meers-end*, ideòque *Temerinda maris finem potiùs denotare*, quàm *maris matrem*, ut vult Plinius. Verùm valde in hoc fallitur. Nam præterquam quod & ipſe agnoſcat *p.* Dionyſium Periegeten, Mæotidem Μητέρα πόντου, *matrem Ponti* vocare; conſtat ſanè ex *Herodoto*, antiquiſſimum fuiſſe, *Mæotidem*, præter hoc nomen, non finem Maris, ſed *Matrem maris*, h. e. Ponti, appellare.

o. Vid. ed. Plinii à Dalechampio exornatam, in L. 6. c. 7. Conf. Ort. Theſ. Geogr. *p.* Ibid. in Plin.

q. ἡ Μαιῆτίς τε καλέεται, καὶ Μήτηρ τοῦ πόντου. *Quæ* palus, (inquit,) *Mæotis* † *appellatur, & Mater Ponti.* Græci hoc nomen, non aliunde quàm à Scythis, Mæotidis & Ponti accolis acceperunt; à quibus nempe & τὸ *Mæotis*, didicerant. Porro non eſt putandum illud *Tenger-annya*, (Maris mater,) fuiſſe nomen Mæotidis communiter apud Scythas uſurpatum; ſed tantùm quandam ejus deſcriptionem, ex eo, quòd aquis ſuis nutriret Pontum. Commune enim ac tritum ejus nomen fuit ab antiquiſſimis temporibus *Mæotis*, ut vulgo appellatur; licet in paululùm diverſa apud Scythas, primos nominis impoſitores flexione, ut ſtatim audiemus.

XXXII. Obiter hîc mihi monendum eſt, ex voce *Tenger* explicata, lucem afferri etiam nomini *Tanger*; r. quo in Africa ad Fretum Herculeum, celeberrima Civitas maritima, à Græcis *Tingis* dicta, nominatur. Doctiſſimus Thom. *Hyde*, Bibliothecarius ‡ Oxonienſis, meorum in Chriſto Amicorum unus, exiſtimat hîc ſ. *Europæos in fine vocis* Tangje, *addidiſſe* r, ut fieret *Tanger*; vel Græcorum Τίγγις, *migraſſe in* Τίγγερ. Verùm expoſitio noſtri *Tenger*, è ſuo fonte jam data, docet nos etiam illud Africanæ Civitatis nomen, à Mau-

q. Herod. Lib. 4. c. 86. †*Mætis* Herodoto.
r. Perits. in Itiner. Mundi, & alii. ‡ Ita fuit, me illic commorante. ſ. Not. in Perits. p. 22.

ris & Sarracenis, vel olim, vel ſequiori ævo, dictum ita fuiſſe ob negotiationes maritimas, in ea Civitate exerceri ſolitas. *Tingis* autem vetuſtum ejus apud Scriptores nomen, cognatum eſſe puto, noſtro *Tengö*, vel *Tengös*; quod hodie quidem eum ſignificat, qui *labore ſuo difficulter ſe ſuſtentat*; at olim vitam viventes laborioſam, quales ſunt *negotiatores*, rectè poterat ſignificare. Eſſe verò nobis quædam vocabula cum Africanis communia, ſequentis ibidem apud D. *Hyde*, nominis *Africani Pheſſ* explicatio, collata cum nominis *Tenger*, à nobis data expoſitione rei congruâ, oſtendit. Nam ut *Tanger*, docui nobis commune eſſe; ſic & τὸ *Pheſſ*, ex ſignificatione per D. Hyde data, eſt commune. Explicat enim ex Arab. פאס, *Phas*, ſeu *Phes*, i. e. *Securis*, ut illico ſubjicit. Atqui nos etiam vocamus in hunc uſque diem Securim, *Fejſze*. Sed ex digreſſu in viam ad *Mæotidem* revertamur.

XXXIII. Eſt itaque etiam *Mæotis*, ſicut & *Tenger-Annya* Scythicæ originis: ut fruſtranei ſint Græci, qui putant ſuo more, ſicut & in aliis multis, veram ſe nominis hujus originem è ſuo idiomate aſſignare poſſe; quaſi dicta fuiſſet *Mæotis*, eò quòd eſſet Μαῖα τ͂ πόντου, *s. nutrix Ponti*. Verùm præterquam quod

 adhuc

x. Vid. Euſtath. in Dion. Perieg. v. 165. & ex eo proximè Th. de Pinedo, in Stephan. ad vocem Μαιῶται

adhuc dubium hîc manet, unde & quâ ratione, *τις* ad finem nominis acceſſerit; hoc meritò urgemus, quomodo olim & quô jure Græci nomen Paludi iſti tam antiquum dare potuerint? cum Scythæ priùs quam Græci hanc paludem & circumjacentem tractum noverint, iique nunc ſub Cimmeriorum, nunc ſub generali Scytharum nomine, eundem incoluerint. Nec aliunde quàm à Scythis, hoc nomen Græcis innotuit. A Scythis ergò vera ejus origo eſt arceſſenda. Videtur autem hoc nomen mihi conflatum eſſe ex tribus voculis Scythicis; *Melly-jó-tó*, h. e. *Quàm bona palus*. Eſt enim particula *melly*, (à מלל, unde Judæis מִלָּא, *Milla*, non ſolùm *dictionem*, ſed & *τὸ aliquid*, item, *quicquam* ſignificat,) nobis præter pronomen, *Qui, quæ, quod*, etiam nota admirationis *Quàm*; ſuper ſtatu, qualitate, vel quantitate rei alicujus, aut perſonæ: *Jó* eſt *bonus, a, um*, à rad. יאה; ut jam *t.* diximus, *Tó* autem (quaſi *tóh*,) eſt *Palus*; item, *ſtagnum*. A rad. תָּהָה, *Tahah*, inane, ac informe eſſe. Unde תהו, *Tohu* Hebræis, Gen. 1. v. 2. *res informis*. Eſt noſtrum *Tóh*, ferè ipſiſſimum *Tohu* Hebræorum. Quàm enim ſint paludes & ſtagna informia ornatuque deſtituta, unicuique eſt manifeſtum. Rectè noſtri majores, cum primùm ad hanc paludem perveniſſent, à bonitate *u.* ſoli ei adja-

 centis,

t. Sup. Part. I. pag. 304. *u.* Strab. Lib. 7. p. 311.

centis, utpote frugiferi, comparatè ad alias Scythiæ terras, à commoda illic *x. venatione cervorum & aprorum*, noſtris in hunc uſque diem in eduliis gratorum, a *y. portubus bonis* ejusdem Paludis, & à copia *z. piſcium* melioris notæ, poterant eam denominare, admirabundi ſuper his, *Melly-jó tó*, h. e. *Quàm bona palus!* Adeſſe enim vel adfuiſſe olim hæc omnia huic paludi, Strabo † nos docere poteſt.

XXXIV. Quomodo autem hanc formam nomen hoc, uti ſonat, (*Mæotis*,) acceperit, dicam. Eſt in hunc uſque diem multis inter nos, circa *Szathmár*, *Erdöd*, & ultra ea loca, conſuetum, *l* molle, h. e. *ly*, vel *lly* pronunciare tanquam *j*, ob facilitatem. Ut, *Melly*, *Mej*; item *Ollyan* (talis,) *Ojjan*. Hinc factum, ut *lly* in prædicto etiam nomine compoſito, tranſierit in *j*: ut pronunciaretur *Mej-jó-tó*: & paulatim, (ut in plurimis aliis quoque uſû venit,) eliſo uno *j* tres voculæ in unam vocem *Mejótó*, coaluerint; cujus terminationem *is*, aut à noſtris *Mejótó-viz* (h. e. Mæotidis aqua,) dicentibus, per facilimam duarum literarum *o* & *v* in concurſu eliſionem, Græci acceperunt; vel ipſi pro ſuo ſono, Scythicum *tó*, in ſuum *τις* mutârunt, dixeruntque Μαιῶτις, (imò aliquando etiam Μαιῆτις,

 ut

ed. Par. *x.* Ibid. p. 312. *y.* Idem Lib. 11. p. 494. *z.* Idem Lib. 7. pag. 320. coll. pag. 311. Loc. cit.

ut eſt ſæpiùs apud Herodotum;) Latini verò Græcos ſecuti, *Mæotis*. Accolæ autem Paludis, rectè à noſtris poterant dici in ſingular. *Mejotói* & *Mejótai*. Cogitabam aliquandò, annon *Mæotis* à noſtris dicta fuiſſet quaſi *Menö-tó*, procedens palus, ob fluxum ejus: ſed priorem originem longè præfero, utpote huic loco congruentiorem: niſi dehinc conſtiterit, olim noſtris *Mejö* vel *Majó*, pro *Menö* vel ſimili, in uſu fuiſſe. Non enim parvi momenti eſt in hanc rem, quod *jota* cum *o-mega*, (apud Herodotum cum *ῶ*,) perpetuò in hoc nomine occurrat apud Græcos. Poſſet fortè etiam cogitare aliquis, quaſi cum *é* acuto, dictum fuiſſet hoc nomen, *Mélly*-† *jó-tó*, h. e. *Profunda bona palus*. Sed quis aliquo præditus judicio non videt, ineptam eſſe hanc denominationem? cum priùs exploratam poterant Scythæ habere Paludis & Tractûs ejus bonitatem, quàm ejuſdem profunditatem, ab illaque ſola, hâc excluſâ, Paludem aptiſſimè per admirationem denominare, *Melly jó tó*, (per *e* breve,) & contractè, *Mejótó*. Si quis hîc dicat, hoc eſſe quaſi *Mi-jó-tó*, h. e. *Omninò bona palus*; is quidem propè tangit ſcopum; ſed ad ſonum vulgatiſſimi nominis, propior eſt origo jam data.

XXXV. Quòd porrò *Tanaim* dicit Plinius, dictum fuiſſe Scythis *Silyn*; id quoque Hungari-

† *Mélly* ſic ſcriptum eſt à tad. מלא.

garicum eſſe cenſeo. *Silys* Plinii, idem mihi eſt, quod *Széles*, & quibusdam *Szélös*; (quod ob acutum *é*, idem ferè eſt, ac ſi ſcribas, per *i Szıles*,) h. e. *Latus.* Quàm enim ſit magnæ latitudinis *Tanais*, præſertim ubi appropinquat Mæotidi, vel ipſa mapparum Geographicarum inſpectio, nos docere poteſt. Sed hoc quoque nomen, ut illud *Maris Mater*, Mæotidis, eſt tantùm deſcriptio quædam Tanais ſeu Tanaidis; verum autem & antiquiſſimum ejuſdem nomen, eſt ipſum *Tanais*; quod etiam verè Scythicum eſſe, jam oſtendemus.

XXXVI. *Tanais*, ſi idiomate Hungarico, ad ſimilem ferè ſonum proferri debeat, dicetur, *Tana-viz*, h. e. *Tana aqua.* Eſt autem *Tana*, cum molli *n*, h. e. *Tanya*, in hunc uſque diem Hungaricum vocabulum; quod meliùs me norunt Pecuarii, & Piſcatores noſtri, imprimis circa Danubium. Significat enim Piſcatoribus *Tanya* & *Tanyák* in plurali, ſinus, *receſſus*, & *receptacula* quædam aquarum, in quibus amant piſces gregatim diverſari; Pecuariis autem *hoſpitia* ovium in agris. Ad Hebraico טְנֵא, *Tene*; quod *corbem*, item *vas* aliquod Hebr. deſignat. Eſt radix aptiſſima, unde etiam *receptaculum* ſeu *alveus* aquarum, piſcibus gratus, qualis eſt *Tanais*, deducatur. Ex noſtro *Tana*, facilè Græci poterant formare *Tanais*, ſive ſimpliciter addendo de ſuo *is*

 ad

ad *Tana*; ſive ex *Tana-viz* illud in eam formam, quâ conſtanter apud Scriptores Græcos & Latinos legitur, redigendo.

XXXVII. Eſt apud Scriptores *a.* alter etiam *Tanaïs*, in interiori Scythiæ Aſiaticæ parte, qui alio ſibique peculiari nomine, dictus eſt *Jaxartes.* Hunc ego dixerim noſtris Scythis dictum fuiſſe *Jég-Szartos.* Ubi poſtremum (*Szartos*,) in hunc uſque diem eſt fluvioli cœnoſi & impuri nomen, juxta *Tornyos Németi* in Superiori Hungaria; ab aliqua ſine dubio (*ſor* è excrementorum pecoris,) fœditate, (ut Hungaris nota impura vocis ſignificatio,) ita denominati. Primum verò notat *Glaciem*, à rad. יגה, (Jaga,) *Triſte eſſe, moleſtum eſſe*; eò quod glacies *triſti* facie terram & aquas induat. Hinc complexum *Jég-Szartos*, h. e. Glacialis Szartos; eo quod craſſam fortè & durabilem glaciem haberet. Conſona videntur eſſe quodammodo etiam *Jég-ſzeretös*, h. e. Glaciei amans; & *Jég-tartós*; h. e. Glaciei durabilis. Sed prius nomen præfero. Quòd Plutarcho dicitur *b.* Ὀρεξάρτης, in eo non puto eum corrigendum eſſe. Nam & hoc videtur idem ſonare, quod *Öreg Szartos*; h. e. *Major Szartos*: fortè comparatè ad minorem ejuſdem nominis fluvium

a. Vid. Plin. Lib. 6. c. 16. & Arrian. de Exp. in Alex. M. Lib. 3. p. 236. cum not. Blanc. Conf. Ortel. Theſ. Geogr. *b.* In Alexand. quem proximè vide in Notis Cl. Blancard. in Arrian.

in Scythia. *Volga* autem, Græcis *c.* Βϛλγα, flumen etiam Scythiæ Aſiaticæ, idem noſtris puto fuiſſe, quod *Bolygó*, vel *Bolgó*; h. e. *Huc* atque *illuc aberrans*, ſe *divertens.* Eſt etiam vox apud nos *Vályog*, lutum quoddam ſignificans, & *Balha*, ſeu *Bolha*, h. e. Pulex; ſed primam præfero denominationem.

XXXVIII. *Arimaſpi* celebratiſſimi inter veteres Scythas, [utpote de quibus etiam *Ariſteas* Proconneſius, (qui tempore Cyri, circa an. ante N. C. 558. *d.* vixit,) teſte Herodoto, aliisque, ſcripſit,] nequaquam eam nominis ſui habent originem, quam Herodotus, ex figmentis, ſine dubio Græcorum, refert; quaſi *Arima* eſſet *unum* Scythis, & *Spu, oculus*, ut ſic nomen *Arimaſpi*, ſignificaret idem quod *Unoculi.* (Scilicet fabulatoribus illis, ad hoc figmentum occaſionem dediſſe videtur illud, quod hi Scythæ ut optimi Sagittarii, in emittendis ad ſcopum telis, alterutrum oculorum, infle&ctere, ac palpebrà obtegere ſolebant.) At verò præterquàm quod nec ipſe Herodotus credit, *e.* natos unquam fuiſſe hujuſmodi *unoculos* Scythas, cum reliquam naturam aliis mortalibus ſimilem haberent; figmenti hujus de origine nominis *Arimaſpus*

c. Vid. Ortel. Theſaur. Geogr. in voce *Bulga.*

d. Ita Voſſius ex Suida; Lib. 4. c. 2. de Hiſt. Græc. At ſecundùm Herodotum, (Lib. 4. c. 15.) debuit præcedere ipſum Herodotum, 340. annis.

e. Herod. Lib. 3. c. 116.

maſpus vanitatem, vel hoc ſatis prodit, quod poſteri ab Herodoto recedentes, non jam *Arima* dixerunt *unum*, ſed *Ari*; nec *Spu* ut habet Herodotus *oculum*, ſed Μασπὸς, *Maſpos*, ſeu *Maſpus*, ut videre eſt apud Euſtathium. *f.* Meræ nugæ utrobique. Vellem ſanè quærere ab eo, qui crederet in voce *Arimaſpus*, *unum* & *oculum* involvi, (quod etiam argumenti loco ſit,) quænam eſt illa Scythica lingua, aut quæ fuit olim, ſaltem in reliquiis hodie jam exſtans, in qua *Arima*, vel *Ari*, unum, & *Spu*; vel *Maſpus*, (quaſi à צפה, a ſpeculando,) oculum ſignificaſſet, vel ſignificaret? Non enim eſt probabile, nullum ejus rei veſtigium, vel in Hungarico, vel Sclavonico, vel Dacico ſeu Germanico, vel Turcico ac Tartarico idiomate, hodie exſtare, ſi unquam Scythæ aliqui, *unum* & *oculum* ita denominaſſent. Suppono enim, eam denominationem è celebriorum Scytharum idiomate natam eſſe. De *Turcico* ac *Tartarico* idiomate, utcunque ſaltem ſubolfacio, nihil tale ex eo quoque excudi poſſe. Qui feliciores me ſunt in eo idiomate, illi rem penitiùs experiantur. Nec *Sclavis* autem, vel *Dacis* noſtris, *unum* & *oculus*, illis vocabulis, vel ſimilibus exprimuntur. Nobis verò *Unum* eſt *Edgy*, ab Hebr. אֶחָד, (*Ehad*) vel חַד, (*Had*) unum; (quod, ſi ד in ר, mu-

f. Euſtath. in Dionyſ. Perieget, & ex eo Cl. Vitring. Obſerv. Sacr. c. 7. pag. 84.

tatum eſſet, vel vice verſâ, propè ad *Ari*, accedere videretur;) Oculus autem, eſt *Szem*, ſive à סַמָּא, *Samme*, quod Chaldæis & Rabbinis, planè contrario bonis oculis ſenſû eſt in uſû, nempe *excæcare*; vel potiùs, à סמם, *Samam*, quod *colorare*, vel *colores diſtinguere*, olim ſignificaſſe, ejus derivatum, Chaldaicum סַמְמָנִין, (Sammanin) *colores*, oſtendit. Ita etiam Hebr. עַיִן, Ain, & *oculum* & *colorem*, ſignificat. Apta radix ejuſmodi, à qua notio oculi ortum habeat. Oculus enim eſt qui recipit ſpecies objectorum coloratorum, & qui (præſidente ratione,) diſtinguit colores.

XXXIX. Eſt igitur verum hoc nomen quoad primam ſuî originem, dictum olim *Arimaſpi*; à quo ſingulare formatum Græcis & Latinis Ἀριμασπὸς, *Arimaſpus*. Quod noſtro idiomate rectè & rei veritati convenientiſſimo ſenſû, dici poteſt, *Arimás-phi*, ſeu *Arimás-fi*, P in *Ph*, ſeu *f*, vel vice verſâ, frequenter tranſeunte; cum apud Hebræos, & his cognatos, eâdem utrumque literâ, exprimatur. Significat autem *Arimás-phi*, idem quod, cum *Arimis conſpirantium filius*; vel ad *Arimos* ſpectantium *filius*. (Derivationem noſtri *Phi*, ſeu *Fi*, jam ſuprà * dedi.) Quid verò nomen *Arimorum* hîc faciat, dicam. Intelleximus jam ex Diodoro & Herodoto, idque non ſemel inculcavimus, primitùs noſtros majores juxta

* Part. I. pag. 302.

Araxen in Armenia, h. e. *Aramæa* veteri, conſediſſe; unde & *Aramei* olim Scythæ dicti, nil obſtante, quod in hoc nomine corrigere *Plinium* velit doct. ſſ. Bocharius. Oſtendimus etiam *g.* τὸ ἐν Ἀρίμοις, *in Arimis*, apud Heſiodum & Homerum, ipſam *Arameam* antiquam eſſe: quod nomen (ab ארם, *Aram*,) Græcis, & *Arimi*, *h.* (incolarum credo reſpectû,) & *Arima*, (quoad loca, imprimis montes, τὰ ὄρη,) in plurali dicitur. Ex *Arimis* ergò noſtri in Scythiam olim migrarunt. Conſtat porrò apud nos, in hunc uſque diem, velut convitii loco, ſive ab irato, ſive jocum vel petulantiam exercente, vibrari in alium idiomate noſtro, à militibus imprimis, τὸ *'Armányos*; quod nobis non aliud ſignificat, ſed vel *Armenum*, ut infrà dicetur; vel potius, (ut *os* in fine id ſuadere videtur,) *complicem Armeniorum*, vel *conſpirantem cum Armenis*; † vel eorum *mores* & inſtituta ſervantem. Unde, ex frequentiſſimo uſû iſtius convitii, colligo, inter noſtros majores & *Arameos* illos, qui *Armenii* deinceps dicti ſunt, ſive ob diſſimilitudinem morum, ſive ob alias animorum diſparitates, non ſatis benè olim conveniſſe; ita ut qui moribus & conſuetudine *A-*

g. Sup. Part. I. pag. 40, 41, 42, 43, 44. *h.* Vid. Strab. Lib. 13. pag. 627. & Steph. de Urbib. in voce Ἄριμα. † Veteris commercii indicium eſt, quod in hunc uſque diem habent Hungari in medio ſui *Armenos* in Tranſylvania.

rameorum illorum nimiùm delectarentur è noſtris, illi ab aliis ſuis popularibus, probri cauſâ dicerentur, *Arimás* antiquitùs, ac ſuccedente tempore, (poſtquam Armenii, frequentiùs *Armenii* quam *Arimi*, dicerentur,) *'Armányos*. Atque ſic illi, qui *Arimás-ſi* dicti ſunt inter Scythas à ſuis compopularibus, erant poſteri veterum illorum in *Aramea* Scytharum, qui contra placitum aliorum ſuorum popularium, dictorum *Aramæorum* moribus & conſuetudini ſeſe conformârunt. Quos cum poſteri etiam in hoc ultrò ſequerentur, non ſe gravari putabant, ſi hoc nomen à fratribus ſuis ſibi impoſitum, ſuſtinerent. Nec miretur quiſpiam, poſtremam nominis partem, non aliter quàm per τὸ *ſi*, olim enunciatum fuiſſe. Nam in hunc uſque diem manet conſuetudo, præſertim in nominibus quorundam Magnatum & Nobilium, illud *ſi*, nominibus locorum ſubjungere, ut ſignificetur taliter denominati proſapiam, ex illo loco eſſe, cui *ſi* ſubnectitur. Ut, v. gr. *Loránffi*, (ex qua progenie erat Celſiſſ. Principis II. Georgii *Rakóczi* mater,) *Pálffi*, *Apaſi*, *Abaſi*, *Bánſi*, *Gyulaſi*, &c. Jam hodie *Arimáſphi*, ob vulgatum nomen *Armeniorum*, diceretur noſtris, *'Armányos-ſi*. Porrò nomen etiam *Arimphai* apud Plinium, *i.* idem tantùm eſſe puto, quod *Arimaſphi*. Nam & loca eadem utriſque, tum

i. Lib. 6. cap. 7.

Arimaſpis, k. tum *Arimphæis*, circa decantatos illos *Riphæos* montes, aſſignat. Annon etiam, montium tale nomen, ex ſimili, vel ex hoc eodem fonte per decurtationem nominis *Arimphæorum*, Græci finxerint; valde ſuſpicor. Saltem de *Arimphæis*, quod dicebam, admodum probabile eſt. Ex iisdem enim populis Scythicis, poterant aliqui dicere, *Arimſi*, vel *Arimaſi*, à regione; aliqui verò *Arimaſphi*, à complicitate, vel conformitate cum Regionis illius incolis, eos denominantes. Ut verò obiter addam, nomen etiam *Maſagetarum*, (ut uno *s*, apud Herodotum ſcribitur,) longè commodiùs ex *Más*, nobis *alium* ſignificante, & ex *Geta*, deducitur, ut *Maſagetæ*, ſint *alii generis Getæ*, vel *Jatæ*, (fortè ferociores aliis,) quàm cum quibuſdam, ab Hebraicis nominibus, (Gen. 10. v. 23.) *Mas* & *Gether*. Quod ſanè Scythici populi origini non quadrat.

XL. Nomen *Sarmatæ*, unde *Sarmatia*, non video meliùs deduci poſſe, (quicquid Græci de hoc ut ſibi alieno, finxerint,) quàm à *Sár*, h. e. Lutum, & *Met*, vel *Mat*, Locum (vel etiam Civitatem,) noſtris Majoribus ſignificante; quod (de *Met*,) patuit ſupra *l.* in explicato nomine *Kecskemét*. Hinc *Sár-mát* noſtris, (vel etiam *Sármet*,) idem fuit, quod *Luti locus*, vel *Lutulentus Tractus*; qualis circa

k. Vid. Lib. 4. cap. 12. & conf. Lib. 6. cap. 7.
l. Part. 2. pag. 119.

Paludes *Mæotidis*, & ad fontes *Tanaïs* ubertim datur. Primitùs nimirum hæc tantùm loca, horumque incolæ, nomen ex hoc fonte ſortiti ſunt; ſucceſſû verò ſeculorum extenſum eſt hoc nomen ad omnes illos, qui ortum ſuum aliquomodo, Tractûi *Mæotidis* & *Tanaïs*, variisque ejus populis deberent. Quàm in uſu fuerit olim noſtris, loca à *Sár* denominare, oſtendunt in hunc uſque diem nomina locorum, *Sáát*, †*Sáros*, **Sár-köz*, *m. Sár réét*; *n.* item, *Sár-fü*, *Sár-tó*; quibus addo etiam *Sáró* & *Sára*, ut non à celebri nomine Hebr. nobis quoque jam communi, *Sara*, putem hæc eſſe derivata. Olim autem, ſicut Auſtrales Hungari, nempe *Jazyges*, pronuntiarunt per *t Sármát*, vel *Sármet*; (quod ex nomine *Kecskemét* colligo;) ſic Septentrionales & Orientales poterant benè pronuntiaſſe, etiam per *tz*; ut dicerent, *Sármatz*, vel *Sár-metz*, (prius tamen magis probo, propter præcedentis *a* ſonum,) ad formam nominum, *Selly-metz*, *o. Kör-metz*, *p.* (ſive *Körmötz*,) *Hal-metz*, *q.* & *Har-matz*; *r.* (quod ſono ultimæ ſyllabæ, ad *Sár-matz*,

Pars II. pro-

† H. e. *Lutum.* * *Lutoſus*, *a*, *um*. *m.* Luti *intervallum*. *n* Lutoſum pratum. *o.* Q. d. *Sellyemetz*, h. e. *Reconditorii locus.* *p.* H. e. *Circuitûs locus*; vel, in Circuitu habitantium Civitas. *q* Quaſi dicas, *Hal-metz*. h. e. Piſcium locus. *r.* Q. d. *Hara-matz*. h. e. magni receptaculi, quaſi ſacci locus: vel *Har-matz*, pro *Ar-matz*. h. e. intumeſcentiæ aquarum locus.

propius accedit;) ſicut olim Priſcus, ab Hunnis ſine dubio edoctus, *ſ.* *Akatziros*, (ipſi *Akatiziros*, quod eſſe Hungaricum *A' Katzér*, jam monui,) vocat etiam *Acatiros*: quod mihi nuper excidit, cum nomen *Aiéllas*, per *Atzéllas* exponerem. Jam à loco *Sármát*, vel *Sármatz*, dicitur quiſpiam nobis *Sármáti*, vel *Sármatzi*: vel, ſi olim integrè more Chaldæorum, vox poſtrema per duas ſyllabas, *Matha*, vel *Matza*, à noſtris prolata eſt, [quod etiam noſtro idiomati congruenter poterat fieri, & *Caſmáta* quoque ſeu *Caſſmáta*, (aliis etiam multis commune, h. e. *locus Corbium* terrâ aggeſtâ plenorum, (in propugnaculis) id ſuádere videtur,] tum ſic, *Sármátai*, vel *Sármatzai*; unde quàm bellè potuit formari nomen *Sármata*, & hinc, vel ex priori noſtro, (*Sármáti*,) *Sarmatia*, ita ut ad peregrinam hîc Scythis compoſitionem, † שאר מדי, *Sear Madaj*, h. e. Reliquiæ Medorum, non oporteat excurri, unusquiſque limati in hiſce judicii, videt. De *Triballis* autem, (ut obiter rurſus ad Auſtrales Iſtri Scythici generis accolas redeam,) non habeo, quod dicam, niſi quod fortè noſtris olim dicti ſunt, *Diriboló*, & *Diribolós*, h. e. In fruſta concidens; à crudelitate ut reor, quam ſuper hoſtibus exercuerunt. Petulantiam olim inter Scythas tale nomen peperiſſe, nova Hungarorum in hoc tumultu

ſ. Priſc. Pag. 54. coll. p. 43. † Bochart. Phal.

nomina portentoſa, *Kurutz* * & *Labancz*; † illud Anti-Cæſareanorum, hoc Cæſareanorum, docent. Nomen quoque Scytharum quorundam, *Taifali*, ſ. non aliud eſſe puto, quàm quod noſtro idiomate, diceretur *Tejfaló*, h. e. *Lactivorax*; uti & Homerus meminit τῶν γαλακτοφάγων, à conſueto lactis & lacticiniorum uſu.

XLI. *Cimmerii* porrò, nomen etiam gentis *Scythicæ*, (cujus tamen propagines in varias olim orbis partes penetrarunt, at juxta Mæotidem, ſignanter *Hunni* Uturguri, teſte Procopio ‡ fuere antiquitùs *Cimmerii* dicti,) à qua *Boſporus* Scytharum dictus eſt *Cimmerius*, idem tantùm mihi ſonare videtur, quod *Czimeres*; h. e. Inſignibus vulgò *Armalibus*, à Rege vel Principe donatus. (Ubi nota, olim potuit dici, etiam gemino *m*, *Czimmeres*.) Hodie in Tranſylvania ſic vocantur non ſolùm Curſores publici, ſed & Commiſſarii illi, qui Principis inſtructi *Signis*, aliquid in Regno nomine & authoritate Principis executioni dandum habent; gaudentque præ aliis ſingulari privilegio. Inſuper, & Nobiles Armalibus decoratos, vocamus, *Czimeres Nemes ember*. H. e. Armalia habens Nobilis perſona. Sic ergò de hoc cenſeo; olim in Scy-

* Quibuſdam Rana. † An ſit *Lobbanes*, (h. e. inflamma,) alius dicat. ſ. Vid. Amm. Marcell. Lib. 17. pag. 119. edit. Hamb. & conf. Ortel. Theſ. Geogr. in *Taiphali*. ‡ De Bell. Got. Lib. 4. c. 4, 5.

thia noſtros inter majores, *Cimeres* fuiſſe omnes illos dictos, qui ob ſua circa Reges & Principes obſequia, ſingularibus præaliis gaudebant privilegiis, ſive noſtri, (è quibus fortè fuere Siculorum Tranſylvaniæ, tot privilegiis gaudentium majores,) ſive Dacorum, ſive Sclavorum progenitores fuerint; (has enim Nationes, ut taceam Walachos, video perpetuò, quod & alibi monui, *t.* Nationi noſtræ fuiſſe junctas;) quorum poſteri multiplicati, etiam dum jam non omnes in particulari, ſingularia haberent privilegia, (eò quod è tanta multitudine, non omnium ſervitia juxta Supremum requirerentur,) nihilominus nomen illud communiter retinuerunt: præſertim quòd fieri poterat, ut aliquando integer etiam exercitus, ad executionem aliquam peragendam, ſub umbra Principalium ſuorum, privilegia ſpecialia habentium, hoc nomine etiam vulgò cenſeretur. Ut autem ex eorum infeſtationibus, quas ab aliis Scythis ſuis contribulibus aliquando ſuſtinuerunt, (ſicut proh dolor! videmus hodie à multis annis Hungaros contra Hungaros pugnare,) colligere poſſum; fortè etiam debitam ſuis Majoribus obedientiam demùm recuſârunt, eoſque contempſerunt, ac ideò ſuis quoque è ſedibus † à *Mæotide*, alio rſum ſeſe recipere coacti fuerunt. Experiatur qui poteſt, meliorem dare hujus no-

t. Supr. c. 11. p. 22, 23. † Vid. Herod. Lib. 4.

minis & populi originem : ego hactenùs non video, cur non juxta hanc à me datam, & mox ampliùs illuſtrandam, manere debeam. Nam quòd doctiſſimus Bochartus *u.* putat, *Phœnices fabulatos* fuiſſe, *Cimmerios à tenebris nomen habere*, eò quòd כמר, Camar, *vel* Cimmer *eſt nigreſcere*; expendendum hîc ante omnia erat, an Phœnices habuerint aliquod jus fœderis ac ſocietatis vicinæ, & quidem cum præeminentia diuturnæ, vel Dominii, erga & in *Scythas* illos de quibus loquimur, quô tale nomen, tam perennans, & tam latè paſſim divulgatum, potuerint eis imponere? Deinde oſtendendum fuerat, an Phœnicum antiquiſſimi, dum minor adhuc fabularum extitit ſeges, fuerint tam ſtupidiſſimi, ut ignorârint, non poſſe à fictis Poëtarum tenebris, quibus illi Cimmerios *x. perpetuò merſos* nugabantur, tam celebrem, nobilem, & latè patentem Scytharum partem, uti fuere *Cimmerii*, denominari; cum præſertim nugæ illæ ortæ videntur ex eo, quòd juxta Montes Caucaſios, *y.* in tractu quodam, Cimmeriorum pars, propter vapores montium & vallium, minùs ſereno quam alii gauderent aëre? Fa-

u. Geogr. Sacr. Part. 2. Lib. 1. c. 33. p. (mihi) 654. *x.* Homer. Odyſſ. 11. *y.* Vide Hajtonem apud Ortel. in Theſaur. Geogr. (in voce Cimmerii,) qui tractum quendam *Georgiæ*, adeo *denſis caliginibus circumſeptum* ſcribit, ut *vix alter alterum conſpicere* poſſit.

teor, nos etiam habere vocem *Komor*, à di-
cta rad. כמר, (unde & Græcor. z. *κέμμερ*, *Kemmeros*, h. e. nebula;) quod nobis ſignificat *triſtem*, *torvum*, & *moroſum*; at verò cum hinc nihil ſolidi pro ſcopo haberi queat, illud è Scythico idiomate aſſumo, quod præ aliis nomen propoſitum, ſenſû rei congruenti maximè illuſtrat. Eſtque hoc id ipſum, de quo jam dicere cœpimus. Roborari quidem ex כמר (*nigreſcere*) potuit hoc nomen apud quosdam de *Cimmeriis*, propter eos qui aëre denſo & caliginoſo utebantur; at verò, cum ex Herodoto *a* diſcere poſſimus, antiquiſſimos *Cimmeriorum*, (quà populos notant,) ad fluv. *Tyram*, & ad *Boſporum* Scythicum habitaſſe; (non obſtante quod è *Colchide*, nomen hoc initium ſumſerit;) inde faciliè perſpicimus, non niſi rerum originis ignorantiam, hanc in cerebro quorundam, *Cimmeriorum* ab *atrore* perperiſſe denominationem.

XLII. Venit autem τὸ *Czimeres* proximè à noſtro *Czimer*; quod eſt propriè & ſpecialiùs *inſigne Nobilitatis*, vel cujuscunque altioris etiam *Dignitatis*, (ut Regum, Principum, &c.) in aliqua materia depictum vel exſculptum. Hoc item, eſt ipſiſſimum Hebraicum צֶמֶר, (Czemer,) h. e. *Lana*, ſeu *Vellus*. Cujus altiorem originem, re penitiùs expenſâ, non dubito petendam ex celebratiſſimo illo *vellere*

Pars II. vete-

z. Phavorin. in Lexic. *a*. Lib. 4.

veterum *aureo* in Colchide, non fabuloſè cum Poëtis, ſed ſecundùm rei veritatem hîc illuſtrandam intellectô. Ubi antequam rem ipſam explicemus, notandum eſt, *velleris* ſeu *pellis* integræ *aurea* nomen apud Græcos, eſſe non tantùm domeſticum *b.* *δέρας*, (*pellis*, *corium*,) ſed & peregrinum *κῶας*, (*Koas*,) ut eſt apud Apollonium, *c.* celeberrimum Argonauticæ expeditionis pro *aureo vellere* ſuſceptæ, deſcriptorem; quod contractiùs dicitur *κῶς*, *d.* h. e. *Kos*: quod eſt ipſiſſimum in rei veritate Hungaricum *Kos*, h. e. Aries: quo nomine vocatur decantiſſimum illud *κειμήλιον*, apud Diodorum Siculum, *e.* *κριὸς* nempe *χρυσόμαλλος*, h. e. *Aries aurei velleris*. Scilicet Græci Sclavos imitati, quibus *Koſuh* eſt pellis, partem tantum arietis eo nomine vocant, (ſcil. *κῶας*,) quod integri ariëtis nomen eſt. Benè autem noſtrum convenit cum Hebraico כבש, (Cevash,) *Agnus*, *Ovis*; ſcil. more Chaldæorum, *beth* mutatum eſt in *vau*; nempe כוש, *Kos*, vel *Kous*. Hæc de nomine.

XLIII. *Aurei* verò *velleris*, (quod rectè monent poſt Strabonem *f.* viri docti *g.* *theſauros* fuiſſe, at quales fuerint, non explicant,)

b. Vid. Diod. Sicul. Lib. 4. pag. 249. ed. Han. *τὸ χρυσόμαλλον δέρας.* *c.* In Argonautic. Lib. 1. ỷ. 4. *χρύσειον μετὰ κῶας.* *Poſt aureum Koas.* *d.* Phavor. in Lexic. *e.* Diod. Lib. 4. p. 250. *f.* Geogr. Lib. 1. *g.* Petav. Ration. Tempor. Part. 1. Lib. 1. cap. 9. & Bochart. Geograph. Sacr. Part. 1. Lib. 4. c. 31.

ſontem hunc fuiſſe puto. Olim in emptionibus, venditionibus & aliis contractibus, loco pecuniæ utebantur non ſolùm *bubus*, *ſervitiis*, *rudique argento & auro ultrò citroque datis & acceptis*, ut eſt apud Pauſaniam; *h.* ſed ſignanter etiam *agnis* ſeu *ovibus*, præcipuè in Oriente; ut ex Abrahami facto rectè colligitur. Gen. 21. v. 28, 29. (Conf. Gen. 33. v. 19.) Atque ex hoc, ſine dubio dives is reputabatur, qui pecoribus & pecudibus abundaret. Cum verò *Colchis* olim auri & argenti fodinis, dives eſſet, (ut illa apud Plinium *i.* [*Regnaverat in Colchis Salauces & Eſubopes, qui terram virginem nactus, plurimùm argenti aurique eruiſſe dicitur in Soanorum* † *gente, & alioquin velleribus aureis inclyto regno*,] docent;) cui & torrentes *k.* *auri ramenta* quandoque deferrent; hinc aliqui, ſuas jactantes divitias, (ſicut Salauces *l.* *aureas cameras*, & *argenteas trabes* atque *columnas* habuiſſe refertur,) ſucceſſû temporum, vivas *oves*, [*arietes* & *agnos*,] in emptionibus & aliis contractibus majoris momenti, mutarunt in *aureas* atque *argenteas*; ita ut integrum hujuſmodi *animalculum*, unà cum ſuis *velleribus* arte efformarent. Hanc u-

Pars II. [L] nam

h. In Lacon. ſeu Lib. 3. p. 182. *i.* Hiſtor. Nat. Lib. 33. c. 3. † Ita legi debere, Docti jam benè animadverterunt. Erat Scythica gens, à ſterilitate ſoli ſic dicta. Eſt enim *Soány* nobis *ſterilis*, *e.* *k.* Vide Bochart. Geogr. Sacr. Part. 1. L. 4. c. 31. *l.* Plin. loc. citat.

nam eſſe cenſeo rationem nominis *aurei velleris*, vel *arietis aureum vellus habentis*. Atque hinc puto etiam ortum habere, quòd *Aſtarte* Dea Syrorum, Sidoniorum, aliorumque, per imagines ad ſimilitudinem *m. ovium* factas coleretur; (quod & ipſum Hebr. nomen id implicitè innuit;) quia nimirùm quas formas primitùs in ſacrum uſum veteres contulerant, eas demùm poſteri in majori forma effigiatas, in cultum religioſum converterunt. Altera ratio nominis hæc eſſe poteſt: quia ſuos pro illo tempore theſauros, præter modo dictos *agnos*, *oves* & *arietes* aureos, h. e. maſſam *auri* & *argenti* in fruſtulis paratam, (nam & *rudi argento auroque* teſte Pauſania, † utebantur olim antequam nummi formis ſignati eſſent, in emptionibus ut jam audivimus, & aliis contractibus,) in eorundem animalium, quorum figuras præcipuis in theſauris habebant, pellibus vellere non denudatis, ad ſimilitudinem magnæ crumenæ, imo ſtantium animalium, præparatis, ſolebant recondere & aſſervare: cujus rei veſtigium eſſe videtur, quòd Hungarorum Principes, non ita etiam pridem, ſuos *theſauros* in integris *Bubalorum* coriis aſſervabant.

m. Vide Buxtorf. Lex. Hebr. Bochart. Geogr. Sac. & Seld. de Diis Syr. Lux ex his Phavorini verbis hîc affulgeat: κιμμερὶς, θεὰ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. H. e. *Cimmeris*, (ſeu Czimeres,) *Dea*, *Mater Deorum*. Atqui hæc eſt *Aſtarte*, aliàs *Urania*; item, *Venus*. † In Lacon. ſeu Lib. 3. p. 182.

vabant. Atque hujus generis fuit, *vellus* illud *aureum*, ad quod Græci olim cum ſuperſtitibus tunc adhuc quibusdam in medio ſui noſtræ Nationis *Scythicæ* reliquiis, tantopere inhiabant; & quod *n.* *Medeâ* prodente & opitulante, *Colchis* eripuiſſe dicuntur. Non ignoro quidem *Strabonem*, *o.* aliam hujus fabulæ *velleris aurei* aſſignare originem, dum ſcribit, *Barbaros*, in regione *Sodnorum* ad Caucaſum, *aurum* quod *à torrentibus defertur, excipere alveolis perforatis*, ἢ μαλλωτοῖς δορεῖς, *&* LANOSIS *pellibus, unde etiam aurei velleris exſtiterit fabula*: quæ ſanè primò intuitu valde ſpecioſa videntur. Nam in hunc uſque diem *Cigani*, Scythicæ noſtræ Nationi ſemper conjuncti & ſubjecti, in quibusdam fluminibus Tranſylvaniæ, ita planè, *alveolis* non tam perforatis, quàm *ſulcatis* colligunt *auri* ramenta & pulviſculos, quos tandem è ſuo vaſe, mediante *lanâ* limo tinctâ excipiunt. Verùm hicce modus collectionis ramentorum auri per ſe non eſt ſufficiens cauſa ad hoc, ut inde *vellus aureum* tàm celebre, dictum fuiſſet. Nam ſic æquè *alveoli aurei* dicendi fuiſſent, & fabuloſè celebrandi: multò verò magis, felices talium ramentorum piſcatores. Præterea, ut jam monui, non ſolùm *vellus* hoc dicitur, ſed & *aries aurei velleris*: quod & nomen ejus

n. Diod. Sic. Lib. 4. *o.* Geogr. Lib. 11. p. 343. edit. A. 1587.

Orientale, [*Kos*,] docet. Haud itaque *Strabonis* obſervatio impedit, quò minùs maneam penes datam à me aurei velleris expoſitionem; cum ea vel maximè doceat id, quod intelligendum erat, quâ nimirum ratione, ſignanter *vellus aureum*, theſaurum ingentem ſignificaverit.

XLIV. Ex hoc vero fonte, noſtræ Nobilitatis inſigne, *Czimer* (h. e. Vellus,) dictum, originem hoc modo ſumſiſſe arbitror. Quod nimirum qui hujuſmodi theſaurum poſſiderent, inprimis qui vel fodinas excoli curarent, vel ex propinquitate ad eas, (accedentibus aliis adminiculis,) theſaurô potentes eſſent, illi primitùs dicti ſunt *Czimeres*; ex eo nimirum, quod *agniculos* cum ſuo vellere *aureos* haberent, vel etiam quod pellibus *auro* refertis gauderent. Unde conſequens erat, ut hi tunc præ aliis potentiores reputarentur. At verò cum in aliis quoque multis emineret virtus, & non rarò major quàm in auri potentibus, ad præſidendum aliis; hinc obvium eſt colligere, hoſce, dum privilegia paritatis cum auri potentibus, à Regibus acciperent, tunc in ſignum Nobilitatis, ſimul etiam *agniculum aureum* cum ſuo *vellere* donatum, reportâſſe: quod donum labentibus ſeculis mutatum demùm eſt, in ſolas primùm, agnorum, arietum, ac deinde, aliorum etiam animalium in plano depictas imagines. Hæc eſt origo

ſ *Czimer* apud Hungaros pro Armalibus accepti: unde *Czimeres*; atque hinc deducti mihi *Czimmerii*. Quòd autem vox *Czimer*, aliam etiam habet apud nos ſignificationem, huic ſcopo minùs congruam; ut cum Agni vel Vituli partes diſſectas, (ſignanter quartam ejus,) vocamus *Czimer*; hanc eſſe rationem puto. Quia ſicut verbum Chald. *concutiendi p.* ſignificatum habens oritur à rad. antiqua, צמר, *Tzamar*; ſic ſenſus etiam conſcindendi in fruſta, rectè inde derivatur: ut ſic *Czimer* in hoc reſpectu ſignificet fruſtum vel abſciſſam partem. Atque huic ſecundæ ſignificationi lucem affert Germanicum *Zimmer-man*; h. e. Faber lignarius, cujus eſt ligna *ſcindere, dividere* & *diſcindere*. Sed hæc velut in digreſſu.

XLV. Quod autem *Cimmerii* dicantur veteribus quibusdam etiam *Cimbri*; ratio ex ſignificato τȣ *Cimbrus*, diſcetur. *Cimbrus* enim, Græcis Κίμβρος, idem tantùm eſt, quod Scythicum *Czimborás*: h. e. Socius alterius in aliqua vitæ occupatione; particeps nempe laboris ex pacto, & particeps etiam lucri vel damni. A' rad. צָבַר, (Tzabar,) *Congeſſit*; quia talis in congerendis bonis alteri junctus eſt. Sic itaque, cum *Cimmerii* (latiùs pro populis, ut jam explicuimus, accepti,) fue-

p. Vide Lexic. Talm. Buxt. in צמר. Ibi eſt *Tzemarmar*, Concuſſit horrore, ex Chald. Pſ. 38, v.11.

rint ſocii ac confœderati aliorum Scytharum, in bellis gerendis, & bonis inde reportandis, rectè poterant olim noſtris vocari *Czimborás*: quod Græci levi mutatione pro ſuo idiomate dixerunt *κίμβρ૭*, *Cimbros.*

XLVI. Κόλχ૭, h. e. *Colchus*, nequaquam eſt factum ex כסלוחים, *Casluchim*, ut magno *Bocharto* q. videtur, putanti per hoc, colonos Ægyptiorum olim ut ſupponit *Casluchim* dictos, in expeditione Seſoſtris contra Scythas, annis circiter 996. ante N. C. intuliſſe nomen hoc ſecum in eam regionem, quæ ab his demum, Græcis dicta fuerit *Colchis*; cum potiùs contrarium credendum ſit; hos nempe colonos, ad exemplum Regis Aſſyrii colonorum, à *Samaria* deinceps denominatorum, in *Colchide* hoc nomen *Colchicum*, ab antiquiſſimis ejus incolis accepiſſe: nec etiam eſt probabile, radicalem ס è medio ante ל, penitùs hîc periiſſe, ſi *Casluchim* olim hoc fuiſſet; ſed eſt genuinum *Hunno-Scythicum* nomen, nempe *Kólcſos*, ſive *Kólchos*, (nobis utrumque idem, ut veteres noſtri libri impreſſi, *ch* pro *cs* habentes, oſtendunt,) quod hodie pleriſque eſt *Kúlcſos*, (per *u*,) hoc eſt *Clavens habens*, vel *Clavibus munitus*, *a*, *um*. A voce *Kúlcs*, ſive *Kólcs*, h. e. Clavis. Et à rad. קָלַח, (Kalach,) *Emanare*, *exire*, *erumpere*. Ratio originis de *clave* perſpicua; quia

q. Geogr. Sac. Part. I. Lib. 4. c. 31.

medio *Clavium* datur *exitus* ex Urbe, vel alia munitione clauſa. Ob Civitates quasdam munitas, quales alibi Scythia non habebat, & præſertim ob munitiſſimam, *r.* Theſaurorumque aſſervatricem Regiam, rectè poterat dici noſtro idiomate regio illa, *Kólchos Orſzág*; h. e. Clavibus (ſeu Clavium uſû) munitum Regnum. Hujus denominationis veſtigium apparet hodie etiam inter Hungaros, qui Civitates munitas, præſertim autem montanas, (quod notabile ad *Colchidem*,) ſolent vocare *Kúlcſos Város*, & in plur. *Kúlcſos Várośok*; h. e. Clavibus munitæ Civitates; quæ nempe, quia muros & portas habent, Clavibus clauduntur & aperiuntur. Quæ enim eſt ratio, quod non ſunt contenti noſtri dicere eas (ſicut alii ſuas,) ſimpliciter Urbes munitas, vel muro circumdatas, vectes & portas habentes, ſed addere ſolent in ſuo idiomate τοῦ *Kúlcſos* ſeu *Kólcſos* mentionem, niſi hæc, quod inde ab antiquiſſimis ſuis majoribus hanc de munitis Urbibus denominationem acceperint? [*Calchas* etiam, quod obiter moneo, celebris auguris, & vaticiniorum *apertoris* nomen apud Homerum, *ſ.* cognatum τοῦ *Colchos* eſſe videtur.]

r. Vide de munitione Ærarii Colchorum, Boch. Geogr. Sacr. Part. I. Lib. 4. c. 31. p. (mihi) 328.) & conf. Diodor. Lib. 4. p. 259. *ſ.* Iliad. I. Conf. Virgil. Æneid. 2.

XLVII. Dubitanti, dum hoc nomen explico, an unquam Hungarorum majores *Colchidem* ceu ſuam patriam poſſederint, conſulo, ut diligenter & cum judicio legat atque expendat Scripta veterum, tum Ethnicorum, tum Chriſtianorum de *Scythis*, inprimis Græcorum, non amplius hac de re dubitabit. Non exiguam vel ex hoc Libro ſubinde lecto & relecto lucem in hanc rem ſibi comparabit. Benè expendat vel ſaltem ea loca ad Caucaſum, (nam & *s.* *Colchis ſub Caucaſiis & Moſchicis montibus eſt ſita*,) è quibus *Hunni* noſtri ævo S. *Hieronymi* *t.* eruperant verſùs *Palaſtinam*, Antiochiamque obſederant, incipiet ſe à dubitatione illa cohibere. *Onoguris* etiam Civitas in *u.* *Colchide*, hujus rei fuit monumentum; quicquid Agathias merè opinativè de ejus conditoribus hariolетur. Memorabile quoque eſt in hanc rem id quod exſtat apud Theophylact. Simocattam, de *Colchico* Principe, poſt ſubactam *Ogoricam* Gentem, à Turca debellato, ſcribentem in hunc modum: *x.* τοῦ τοίνυν Ὀγὼρ λίαν ἐγκρατῶς νενικημένου, τὸν τοῦ Κόλχ Ἐθνάρχην στόματι ῥομφαίας ὁ Χαγᾶνος παρέδωκεν. *Ogor magnâ ope debellatis*, *COLCH* (h. e. Colchicæ) *Gentis Principem Chaganus* (Turcarum) *gladio ſuſtulit.* Subjicit

 imme-

s. Strab. Geogr. Lib. 11. *t.* Vid. ſupr. Part. 1. pag. 84, 85. & 156. *u.* Agathias, de Reb. Juſtinian. Lib. 3. p. 77. Conf. Sup. Part. 1. pag. 158. *x.* Simocatt. Hiſtor. Lib. 7. c. 8.

immediatè: *Ex qua gente cæſa bello* † *ter centena millia, ut cadaverum continuata ſeries dierum quatuor viam occuparet.* Geſta hæc ſunt ſeculo ſextò proximè poſt *Hunno-Abarum* y. adventum in Europam: quamvis initia furoris *Turcarum* contra hos, aliosque veros in Scythia *Hunnos*, vel eorum confœderatos, adhuc ſeculo quinto, poſt mortem *Athilæ* jacta fuiſſe, è *Priſco* z. non obſcurè colligam. Duo autem in textû Simocattæ pro nobis facientia obſervamus. (1.) Regionem *Colchorum* eâ ipſâ voce hîc exprimi à Simocatta, quæ apud nos eſt nomen Subſtantivum *Kólcs*, ſive *Kólch*; h. e. Clavis, à qua derivari Adject. *Kólchos*, jam diximus: quod facere, e fonte ſui idiomatis nullâ ratione potuit, cum tale nomen nec proprium ſit Græcis, nec adventitium apud veteres Scriptores, quô *Colchidis* regio deſignaretur; ſed neceſſariò debuit, ac potuit etiam, ut doctiſſimus & experientiſſimus Conſtantinopoli *Expræfectus* & Αντιγραφεὺς, aliunde edoctus eſſe de hoc, quod *Kólchos*, à ſimpliciori aliquo vocabulo, nempe *Kólch*, ortum haberet. Poterant etiam aliqui fortè è Vulgo noſtratium nonnunquam *Colchidem* vocare, *Kólcs Orſzág*, quod eſt, *Regnum*, vel *Regio Clavis*: eò quod *Clavibus* ibi quædam

† Gr. μυριάδες τριάκοντα. y. De hoc vide Supr. Part. I. p. 163, 164. z. Vide eum in Exc. Legat. pag. 43.

Civitates aperirentur & clauderentur; vel etiam quia ea repoſitoria, in uſum *Hunnorum*, quæ clavibus & ſeris munirentur, præcipuè in *Colchide* pararentur. (2.) Mentione tantæ ſtragis in *Colchica* gente per Turcas editæ, collatâ cum ſuperba *Chagani* Turcarum de ſubactis à ſe Scythicis gentibus gloriatione apud *Menandrum*, invitari nos ad hoc, ut dicamus *Alanos* & *Uniguros*, à Turca recenſitos, (cum *Colchorum* ſpecialiter non meminerit,) ſub *Colchorum* nomine comprehendi apud Simocattam; ita ut *Alani* & *Uniguri* fuerint magna pars illorum, qui *Colchidis* Principi parebant. Non enim congruebat faſtuoſæ *Chagani*, eandem ipſam quam Simocatta tangit victoriam referentis gloriationi, tantam *Colchorum* ſtragem ſilentio penitus tegere, nec etiam ſub aliis terminis, coram Legatis Romani Imperatoris, ejus meminiſſe. Verba Turcarum Chagani ſunt apud Menandrum: *a.* Οἱ μὲν Οὐαρχωνῖται, ἅτε κατήκοοι Τούρκων &c. *Et Uarchonitæ b. quidem, tanquam Turcorum ſubditi, cum voluero, ſimul atque in me proſilierint, ſi meum equitatum conſpexerint, flagellum in ipſos immiſſum fugientes, in interiora terræ ſe abdent. Si conſiſtere auſi fuerint, cædentur ut par eſt, non gladiis, ſed formicarum inſtar conteren-*

Pars II.

a. De Legat. p. 162. & 163. *b.* De his vide Supr. Part. 1. pag. 166. ubi & tempus hujus gloriationis aſſignatur.

rentur unguibus equitatûs noſtri. Mox ubi jactaſſet, *omnem Terram* inde ab Oriente ad Occidentem uſque ſibi *parére*, ſubiicit de Alanis & Uniguris: *c.* Ἐσκεθρήσατε ὦ δείλαιοι, τὰ Ἀλανικὰ ἔθνη. ἔτι γε μὲν καὶ τὰ φῦλα τῶν Οὐνιγούρων. οἵ γε ἐπὶ πολὺ θαῤῥαλέοι, &c. *Ob oculos ponite vobis o miſeri, Alanorum gentes, atque adeò ipſas Unigurorum tribus. Hi excellenti fortitudine & audaciâ præditi licet, & domeſticis copiis freti, contra invictam Turcorum gentem acie congreſſi, nihil quicquam eorum quæ ſperaverant conſecuti ſunt & nobis parent, noſtrorumque ſervorum numero habentur.* Hæc ille. *Alanos* veteris Germanicæ ſtirpis eſſe, *Hunnis* olim ſociatos, *Uniguros* autem ipſiſſimos *Unoguros*, h. e. *Ungaros*, *d.* Liber hic nos edocere poteſt. Si hos ſub latitudine ſubditorum Principis *Colchicæ* Regionis comprehendas, benè *Simocattam* cum *Menandro* conciliabis; ſecus autem minimè: cum tamen rem tanti momenti eodem tempore geſtam, æquè neuter horum potuerit ignoraſſe. Non omnes autem *Alanos*, nec omnes *Uniguros*, ſed partem tantùm aliquam tum horum tum illorum, hîc innuo, *Colchorum* Principi fuiſſe ſubjectam; cum uterque populus latiſſimè olim per vaſtiſſimam Scythiam fuerit diſperſus. Nihil verò meo obſtat inſtituto,

c. Pag. 163. *d.* Vide Supr. Part. 1. p. 80. coll. p. 68, 69. & Pag. 153, 156. coll. p. 340, 341, 342, 343.

ſtituto, quod Agathias *Uniguros*, eorumque res, *e.* non integrè noviſſe videtur.

XLVIII. Porrò nomen etiam *Lazorum* in Colchide, qui olim teſte Agathia *f.* communi *Colchorum nomine* venerunt; ſi ritè excutiatur, genuinum Hungaricum eſt; ac per hoc, arguit olim. *Hungarorum* majores in *Colchide* habitaſſe. *Láz* enim, ut ejus derivata, *Lázzadni*, h. e. Excitari, & *Lázzaſztani*, h. e. Excitare ad tumultum, vel ad certamen, docent, ſignificabat noſtris eum ſine dubio, qui animoſè aliis præiviſſet in bello, † hoſtemque ad certamen provocaſſet. Unde & *Lázos*, adjectivè, eundem ſenſum habet: ita ut *Lazorum* gens fuerint poſteri magnorum quorundam Ducum *g.* & militum in *Colchide*, olim in præliis præire aliis ſolitorum: inter quos tamen æquè cum Hungaris poterant Alani, vel alii Hungarorum ſocii connumerari. Radix ejus eſt לעז, *Laaz*; quod *Barbarum eſſe* Hebræis ſignificat; aliis tamen Orientalibus, præter hoc, *Robuſtum* etiam & *audacem* ſignificâſſe, data ejus expoſitio nobis inſinuat. Pariter *Soanorum*, *juga h. Caucaſi* in *Colchide* olim *incolentium*, purè Hungaricum eſt. Nempe,

 Soány,

e. De Reb. Juſtinian. Lib. 3. *f.* De Reb. Geſt. Juſtinian. Lib. 2. p. 55. † Hodie *Dandár* diceretur. *g.* Rectè hi *Láz-Ur* & *Láz-Urak*, noſtris dici poterant. Unde (puto) color quidam *Láz-Ur* Hungaris. *h.* Menandr. de Legation. pag. 145. Conf. Strab. Lib. 11.

Soány, ut jam monui non multò antè in margine, idem eſt, quod *Sterilis*, *e*: vel, *incultus*, *a*, *um*. A rad. שָׁאָה, (Saah,) *Vaſtari*, vel *Vaſtum* eſſe; addito paragogico *nun* in fine. Hoc nomen ipſis dedit *horrida* & *ſterilis* eorum regio. Unde *i*. *Reges Colchorum*, his ſuis ſubditis, tenebantur ex pacto πέμπειν σῖτον, *frumentum ſubminiſtrare*. Urbs quoque *k*. *Pola*, *antiquum* Colchorum *opus* in Iſtria ‡, noſtra de *Colchis* illuſtrat. Eſt enim tùm *Pólya*, (faſcia,) tùm *Pólaj*, (herbæ nomen,) verè Hungaricum, una cum *Pólyi*, nomine Pagi. Ex his, in eo, quod de *Megbreli*, (ſeu *Mengreli*,) hodierno *Colchorum* nomine ſupra *l*. dixi, nunc jam magis confirmor. *Chalybes* autem vicinos *Colchorum*, putabam quidem anteà *m*. dicendos eſſe à *chalybe*, ob præſtantiam illius ferri, (quaſi a חלב,) circa quod occupabantur: Verùm re penitiùs expenſâ, cum vocis *chalybs*, ſignificatio pro *ferro præſtanti*, non videatur ei eſſe nativa, ſed adventitia, à populis nempe *Chalybibus*, obſervante etiam magno Bocharto; *n*. nunc jam dico, nihil aliud hoc nomen *Scythis* fuiſſe, quam à Caliba, *Calibás*, (quod ex ſuo fonte Hebr. כלוב, [*Chelub*,] h. e. *Corbis*, *Cavea*, rectè ſcribi poteſt etiam *Chalibás*, vel *Chalybás*,) h. e.

i. Idem, pag. 139. *k*. Strab. Lib. 5. & Plin. Lib. 3. c. 19. ‡ Stephano Illyriæ Urbs. *l*. Part. 1. p. 360. *m*. Supr. Part. 1. p. 25. *n*. Geogr. Sacr. Part. 1. Lib. 3. c. 12. pag. (mihi) 208.

qui in domunculis (firmioribus quàm ſunt tuguria *Hunnyó* o. dicta,) *habitat*. Circa metalli fodinas, potuere hi talia habere habitacula. Atque hoc nomine rectè etiam Parens eorum, qui *Martis filius*, dicitur apud Phavorinum, p. poterat dici *Calibás*. Si quis putet à Græcis hoc nomen eſſe; facilè ſuum tollet dubium, ſi reputet, non fuiſſe Græcorum, Scythis hiſce nomen dare.

XLIX. Sed præ omnibus veterum Scytharum obſcurioris apud alios etymi, nominibus, clariſſimum pro noſtro inſtituto nomen eſt, *Parthorum*; de quorum origine, nominiſque eorum notatione, ſic *Trogus* Pompejus, & poſt eum *Juſtinus* ſcribit: q. *Parthi, penes quos, velut diviſione orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium eſt; SCYTHARUM EXULES fuere. Hoc etiam ipſorum vocabulo manifeſtatur. Nam Scythico ſermone* Parthi *EXULES dicuntur.* Similiter *Stephanus*, Byzantinus, & de nominis ſignificatione aliquantò clarius. r. Παρθυαῖοι ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ φυγὴν, ἡ μετοικίσαν ἐπὶ Μηδίαν. † κληθὲν δ' οὕτω, διὰ τὴν φυγὴν, καθότι οἱ Σκύθαι τοὺς φυγάδας πάρθους καλοῦσι. *Parthyæi, gens olim Scythica,*

o. De hac voce vid. ſup. Part. I. p. 327. & 328.
p. In Lexic. χάλυβες, ἀπὸ χάλυβος, τοῦ Ἄρεως υἱοῦ. *Chalybes, à Chalybe Martis filio.* q. Juſtin. Hiſtor. Lib. 41. ſub initium. r. Stephan. in voce παρθυαῖοι.
† Al. ἐπὶ Μήδων. Sed videtur, (obſervante jam Pinedo,) corruptè.

quæ demùm fugit; ſeu migravit ad Mediam. (Hoc eſt in tractus Mediæ vicinos.) *Vocata autem ſic fuit, -- propter fugam; nam Scythæ FUGITIVOS vocant PARTHOS.* Et Jornandes de iisdem: *ſ. Hodieque linguâ Scythicâ FUGACES, quod eſt PARTHI, dicuntur.* Et paulo poſt, dicit aliquos, *ita* Parthorum *etymologiam traxiſſe, ut dicerentur PARTHI, quia SUOS REFUGERE PARENTES.* Omnes hi circa rem verſantur, nominisque verum ſenſum aliquomodo tangunt: Verùm quia nullus horum *Scythicam* illam linguam noverat, in quâ *Parthos*, fugitivum, vel huic cognatum, denotaret; ideò non ita plenè genuinum vocis ſenſum expreſſerunt, uti par erat. Super primis duobus, origine aliis, quam *Scythis*, planè non miror; ſed *Jornandis Gotho-Scythæ*, alios Scythas contemnentis inanem jactantiam, non poſſum non penitùs deteſtari. Qui cum omnia ferè præclara veterum *Scytharum* geſta, [ut illud de Aſia olim domita, fingens loco *Tanai* Regis Scytharum, (Juſtinô abuſus, *s.*) *Taunaſis* Gothorum Regis nomen; de *Parthis* è Scythico exercitu fugientibus, ac ob id *Partos* per Scythas denominatis, quaſi à Gothico illi exercitu ſeceſſionem feciſſent, qui Parthicum deinceps imperium condiderunt, & alia non pauca;] ſuis tantùm Gothis ceu principalibus adſcri-

Pars II. bat;

ſ. Jornand. de reb. Getic. pag. 601. edit. Baſil.
s. Juſt. l. 1. c. 1. *Scythia Rex Tanaus.* Conf. l. 2. c. 3.

bat; attamen vel hoc unicum Scythicum nomen *Parthos*, neſcivit pro merito rei explicare. Nam quod de eo dixit, id quoque ex alienâ, per auditum, ac imprimis per lectionem *Juſtini*, informatione, accepit, & quaſi anceps, non minùs, quam qui genere non eſt *Scytha*, cunctanter protulit. Quod certum indicium eſt, ipſum ex ſuo idiomate ignoraſſe veram nominis etymologiam & ſignificationem. Sed qui hoc vocabulum tanquam proprium & domeſticum novit, abſque ulla hæſitatione, genuinum etiam ejus ſenſum ac originem dabit. *Pártos* enim abſque ulla additione vel detractione, in hunc uſque diem idem nobis eſt, ac *Rebellis*, *Seditioſus*. Quod Stephanus & Jornandes per *fugitivos* ſeu *fugaces*, & Juſtinus per *exules* hoc explicant; ab effectu conſecuto nominis ſignificatum depromunt. Nam poſtquam ſeditionem contra ſuos populares ac principales moverunt, vî ſuorum coacti ſunt, fugâ ſibi conſulere, & exules ſe facere; quod una cum genuino vocis ſenſu, exponit nobis in his Juſtinus: 1. *Hi domeſticis SEDITIONIBVS Scythiâ pulſi, ſolitudines inter Hyrcaniam, & Dahas, & Areos, & Spartanos & Maggianos, † furtim occupavere.* Fit autem *Pártos*, ex *Párt*, per longum *á*, (nam per breve, *ripam*, ſeu rupturam ac tumulum terræ ſignificat, quod jam ſupra dictum,)

Pars II. *ſedi-*

1. Lib. 41. c. 1. † Rectiùs puto legi *Margianos*,

ſeditionem hîc [aliàs *Partem* in genere,] ſignificante; unde compoſitum *Párt-ütés*, Conſpiratio in ſeditionem, ſeu rebellionem. Subjunge ſyllabam *os* (adjectivi notam,) voci *Párt*, erit *Pártos*; ab eadem radice, a qua ſuprà *Part* & *Partos*, per breve *a*; videlicet a פרח, (*Paret*,) Rumpere, diſrumpere. Rumpit enim *Pártos*, vinculum ſocietatis, cum ſuis, aut ſubjectionis erga principales. Adeo nobis hoc vocabulum eſt domeſticum, ut nullo alio, non ſolùm aptiore, ſed nec pari in emphaſi, poſſimus, *Rebellem* vel *Seditioſum* exprimere. Quapropter mera jam eſſet contumacia, aut vana altercandi libido, negare Hungarorum majores fuiſſe illos Scythas, à quibus *Parthi* ex effectu dicti, (h. e. Rebelles Scythæ,) per ſeditionem diviſi ſunt.

L. Sed alia etiam nomina quædam, id confirmare videntur, quod *Parthi* ab Hungarorum majoribus fecerunt ſeceſſionem; qui nimirum populi iis quondam in regimine ſubditi, & præcipuâ ſuî parte ex eorundem fuere progenie. Nam ipſum quoque *Arſaces*, ejus nomen, qui vel à *Scythis* propriè dictis, ſecundùm nonnullos, vel à Bactrianis, (etiam Scythicâ gente,) juxta alios, ad *Parthos* profectus, imperium *Parthicum* annis ante N. Chr. 246. condidit, & à quo deinceps Reges Parthorum *u. Arſacæ*, (ſicut Rom. Imperatores, à Cæ-

a, Vid. Strab. l. 15. p. 702. & conf. Juſt. l. 41. c. 5.

à Cæſare *Cæſares*, ab Auguſto *Auguſti*;) & proſapia eorum; *Arſacidæ* dicti ſunt, genuinum Hungaricum eſt, ſi benè excutiatur. *Arſaces* enim terminationem *ης*, (*es*;) procul dubio à Græcis accepit; (niſi adjectivum dicamus hoc eſſe, non ſubſtantivum,) Parthi verò & Bactriani dixerunt *Arſak*; quod idem eſt, cum noſtro Hungarico *Erſek*. (An noſtri olim pronunciàrint per *a*, vel Parthi per *e*, vel verò Scytharum aliqui per *a*, aliqui per *e*; potuit horum aliquod fuiſſe: quodcunque tamen fuerit, ſcopo noſtro tam exigua differentia, nihil officit.) Fuiſſe autem olim τὸ *'Erſek*, apud noſtros in Ethniciſmo majores, nomen aut titulum perſonæ eminentis & in aliqua inſigni dignitate conſtitutæ, apparet ex hoc; quòd ex quo jam Chriſtiani ſumus, *Archiepiſcopum* hoc nomine, deſignamus. Non enim nos rumpimus ex alieno idiomate nomen *Archiepiſcopi*, (ut quidam, *Arts-Biſſchop*, *Arch-Biſhop*, vel *Arch-Eveſque*,) ſed ex proprio dicimus, *'Erſek*. Puto autem originem hoc nomen habere, a rad. רָסַק, (*Raſſek*,) confringere; eò quod Superiorum eſt delinquentes in legem, juſto judicio *frangere*, & ſi contumaces ſint, planè *comminuere*. Scilicet Participium kal רֹסֵק, *Roſek*, potuit facilè formam nominis induere; quod præpoſitô articulo הַ eſt הָרֹסֵק, *Haroſek*, & contractè *Harſek*; at noſtri הַ, in leniorem aſpira-

 tio-

tionem רא *aleph* mutarunt, ut dicerent, אַרְסֶק, h. e. *Arſek*, vel *Erſek*. Quanquam etiam ſine hujuſmodi permutatione, potuit hîc א præponi. Non dubito autem prædictam radicem olim ſignificaſſe etiam *eminere*, vel ſimile quid cognatum. Nam eſt vox Chaldaica ab eodem fonte, רִיסְקָא, (*Riska*,) quæ etiam x. *Præfecturam* ſignificat. Aliud quoque vocabulum *Kerta*, idem quod hîc aſſerimus confirmat, aut ſaltem illuſtrat. *Kerta* y. enim Parthis ſignificat *Urbem*; nobis verò hodie *Kert*, (abjecto *a*, quod in *Tigrano-Kerta* Parthis affixum poterat eſſe,) *hortum*; ſic tamen ut perſpicuum ſit, etiam Urbem olim noſtris ſignificare aptè potuiſſe. Ejus enim utriuſque origo eſt à *Kerit*; h. e. *munit*, *circumvallat*; (unde, *Kerités*, munitio;) à rad. nimirùm קרה, quod in Pihel קֵרָה, (*Kerah*,) Hebræis eſt *Contignare*; cognatum verbo *ædificandi* & *ſtruendi*, ac per conſequens *muniendi*. Eſt autem apud nos ה in fine ſublatum, & loco ejus paragogicum ת ſubſtitutum, eodem modo, ut in Hebraico קֶרֶת, (*Karet*,) h. e. *Urbs*, ab eadem radice ortum habente. Ejusdem eſt fontis Chaldaicum quoque & Phœnicium קרתא, (*Kartha*,) h. e. *Civitas*. Dicimus etiam nos in hunc uſque diem, Urbem vel

x. Vide Lexic. Talmud. Buxt. & conf. Targ. Eſth. 6. v. 10. y. Stephan. de Urbib. in voce Τιγρανόκερτα.

vel arcem lapideo muro munitam, non rarò, *Kö-kert*; h. e. lapide munitum hortum.

LI. Meminit porrò Strabo Tractûs cujusdam terræ *Parthorum*, qui antea ad *Medos* pertinebat, quem ille in plur. fœm. nunc Ῥαγὰς z. (*Ragas*,) nunc Ῥαγάδας *a.* (*Ragadas*,) vocat, aitque (authore *Duri*) dictum ſic fuiſſe locum, à *terræ motibus*, *b.* quibus illic *complures* olim *everſæ* ſunt *Urbes* & *pagi*. Rectè Medis atque Parthis, (quorum *ſermo* teſte Juſtino, *c.* *medius* † erat *inter Scythicum Medicumque*,) olim hoc nomen dici potuit *Rág s*; quod Strabo aliique Græci putârunt Græcum eſſe, quaſi Accuſativum plur. ex Græco ſing. Ῥάγα, h. e. *Vis*, *Impetus*; quemadmodum & Ῥαγάδας, ut Accuſ. plural. à Græco ſing. Ῥαγὰς, (h. e. *Ruptura*,) uſurp runt; cum tamen & Ῥάγα (*Raga*, quaſi *Rágó*,) & Ῥαγὰς, (*Ragas*,) directiùs veniat ab Orientali verbo, *Rág*, (de quo ſtatim dicemus,) quàm à Græco, ῥηγνύω vel ῥήσσω, (rumpo,) vel etiam ῥαγόω, (ſcindo;) quod pariter τὸ *Rág* ſuum eſſe fontem, non obſcurè ſupponit; ac inſuper etiam *Ragadás* in ſingul. ſit verè Scythicum, (ut mox clarum erit,) & per conſe-

z. Strab. Lib. II. p. 514. conf. p. 524. *a.* Lib. I. p. 60. *b.* Ibid. *c.* Juſtin. Lib. 41. c. 2. † Nota, me quidem ſentire, non unius linguæ Scythas hos *Parthos* in prima ſua ſeceſſione fuiſſe; poterant tamen Principales eorum eadem uti lingua, è quâ τὸ *Parthos* ortum habet.

quens Parthicum quoque rectè potuerit eſſe. Eſt autem *Rágás*, e fonte noſtri Scythici ſermonis, idem quod, *Roſio*, *Attritio*, & per conſequens, *fractura*, *ruptura*, *ſciſſura*. A *Rág*, (quaſi Raág,) *rodit*, *atterit*, *rumpit*. Quod eſt vel à radice, רעד, *Raad*; (quod non ſolùm *tremere*, ſed & *concutere*, quale quid eſt in *attritione* unius rei per aliam, ſignificat,) per commutationem *Daleth*, in *Gimel*; vel potius à Chald. רעע, (Reah,) *fregit*, *comminuit*, mutatô ע poſtremo in ג, ut in *Gomorrha*. Nomen aptiſſimùm, quô veteres, Medi & Parthi, *attritionem* ac *rupturam*, terræ motibus factam, denominare poterant. Nam & hodie, etſi rupturam talem, *Omlás*, vel *Romlás*, diceremus; attamen etiam *Rágás*, non ſolùm de *roſione* dentium, ſed & de aliis corporum mutuis *attritionibus* uſurpamus. Cum verò dicat Strabo *d.* (ubi τῶ *Ragadas* facit mentionem,) per illos terræ motus, etiam fluviorum varias incidiſſe mutationes; hinc, ſi fluvii aliquot coiverint tunc in unum, rectè noſtrâ Scythicâ linguâ, talis coitio fluminum, *Ragadás* potuit dici. Eſt enim *Ragadás* nobis idem propriè, quod, *adhæſio*, *cohæſio*, *coalitio* in unum. A verbo *Ragad*, cohæret, coaleſcit; idque puto a rad. רגג, *Regag*, mutato *Gimel* in *Daleth*; quod licet hodie Chaldæis, *concupiſcere*, *deſiderare* ſignificet; tamen

d. Lib. I. pag. 60.

cum ejuſmodi actus ſit cum *inclinatione* unius ad alterum, recte olim Orientalibus hoc verbum, etiam τὸ *adhærere*, potuit ſignificaſſe, ſicut hodie nobis τὸ *Ragad*, ſignificat. Si quis dicat, hoc alterum *Ragádas*, (h. e. Ῥαγάδας,) hoc in loco tantummodò à Græcis formatum eſſe à ſing. Ῥαγάς; non multum cum eo contendam. Hoc tantum innuo, quòd potuit olim tale quoque nomen fuiſſe in Parthia; &, ſi fuit, non Græcæ, ſed Scythicæ eſt originis. Ceteroquin nomen loci in ſing. (*Rágás*,) non permitto hic eſſe Græcum. Nam nomen Urbis in illo Tractu, dicitur & *Rhaga* e, & *Ragia*; *a* f. quorum hoc nobis eſt Indic. præſ. tertia perſ. re idem cum *Rág*; (rodit, atterit;) at videtur & hoc debere dici *Rhaga*, * juxta Stephanum: illud verò, ſi *a* in fine paululum inclines ad *o*, eſt Participium *Ragó*; h. e. rodens, atterens, rumpens; (forte ob frequentes ejus loci ruinas:) unde & noſtrum *Ragály*, (quaſi *Ragó-aly*,) Pagi nomen, cum adjectione paragogici eſt factum: quod indicio eſt, conſueviſſe olim quoque Scythas, nomen loci à *Rág* formare. Accedit, quòd Græci non *Rhagam* vel *Rhagiam*, ſed *Europam* † olim eam Urbem denominarunt. Quòd *Arſacia* dicta fuerit à Parthis; (quod etiam

a. Steph. de Urbib. in Ῥάγα. *f.* Strab. Lib. 11. p. 524. Ῥάγεια. * Vide Caſaub. in Strab. & conf. Ortel. in Theſ. Geogr. † Strab. loc. cit.

Hunnicæ eſſe originis, patuit ſupra ‡) per hoc non negatur, quòd prius nomine antiquiori à Medis accepto, at Scythis quoque communi, *Raga*, vel *Ragó*, eam vocaverint. [Poteram τὸ *Rágás*, a רגז, *Ragaz*, (commoveri,) deducere; ſed tum *s* in fine, (nobis hîc ſervile,) ſpectavi, tum etiam idiomatis noſtri Scythici rationem habui.] Eſt porro apud Strabonem nomen etiam fluvii Ἄραγος; *g. Aragos*; qui primùm *Medorum*, deinde *Parthorum* juris fuit. Atqui & hoc pure & integrè Hungaricum eſt, (aſpiratione à Græcis in principio ſublatâ,) *Haragos*, *h.* h. e. *Iracundus*; ac de fluvio, *Inquietus*, *Terrificus*; nomen fluvio rapido, vel celeriter exundanti, convenientiſſimum. Venit ab *Harag*, h. e. *Ira*; cujus radicem jam ſupra *i.* dedimus. *Cyrus* quoque (ſeu *Κῦρος*) nomen fluvii in vicinia Parthorum, ex *Armenia k.* orti, ducentis, (quicquid Græci de primo ejus impoſitore, *Cyro l.* Rege, dicant,) cognatum eſſe videtur noſtro *Körös*, nomini fluvii notiſſimi; quod non puto eſſe *Kerés*, h. e. *Quærit*; ſed ut ſonat, reverà *Körös*, h. e. *Circuitoſus*, propter ambages quas facit. Pariter *Gyndes m.* in finibus Parthorum & Perſarum, noſtro

‡ §. 56. h. c. *g.* Strab. Lib. 11. *h.* Conf. inf. §. 68. h. c. *i.* Part. 1. p. 303. *k.* Strab. Lib. 11. *l.* Ammian. Lib. 23. *m.* Idem Ammian. cit. L. 23. p. (mihi) 273. vide & apud Herod. (Lib. 1. & 5.) de quodam *Gynde*.

Gyöngyös, (h. e. Margaritoſus,) tum rivuli tum Oppidi nomini, germanum eſſe cenſeo. Facilè g in medio, potuit mutari in *d*, ob difficultatem noſtræ pronunciationis. Ejusdem cognationis eſt etiam *Gendos* *n*. Phrygiæ.

LII. Ut vero obiter addam; *o**Parthos* etiam pugnandi, & in pugna, fugam ſimulandi morem, ſab Hungarorum majoribus accep ſſe, non obſcurum erit ei, qui *Juſtinum* de *Parthis* & *Luitprandum* de *Hungaris*, (adhuc Paganis) ſcribentes, inter ſe contulerit. Ille de Parthis: *o. Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus; ſæpe etiam FUGAM SIMULANT, ut incautiores adverſum vulnera inſequentes habeant.* Hic autem de Hungaris pariter ſcribit: *p. Verſi terga ſeu in fugam Hungari, directis acriter telis, plurimos ſternunt.* Item: *Poſitis ex adverſo inſidiis FUGAM SIMULANT.* Idem habes (quoad fugam,) apud Procopium de *Hunnis* *q.* Albis, qui aliàs dicti ſunt *Ephtalitæ*, ſeu *Nephtalitæ*; qui & inſidioſa eorum fugam ſimulantium ſtratagemata deſcribit, quibus in periculum aliquando induxerunt Perſas, ita ut Regem etiam illorum ipſos perſequentem, una cum filiis, quâdam vice, in foſſa ſupernè utcumque tectâ, illaqueaverint.

LIII. Si quis fortè hac occaſione de *Parthis* quærat; Quando hi ab aliis Scythis fece-

n. Plin. L. 5. c. 32. *o.* Juſt. L. 41. c. 2. *p.* Luitpr. Hiſt. l. 2. c. 2. *q.* Proc. de Bell. Perſ. l. 1. c. 3. & 4.

rine ſeceſſionem? non aliud habeo reſpondendum; quàm quod *Arrianus* hac de re nobis reliquit apud Photium. Narrat enim r. (Πάρθους ἐπὶ Σεσώστριδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως καὶ Ἰανδύσου τοῦ Σκυθῶν, ἀπὸ τῆς σφῶν χώρας Σκυθίας, ἐς τὴν νῦν μετοικῆσαι.) *Parthos Seſoſtridis Ægyptiorum Regis tempore, & Janduſi* † *Scytharum, ex Scythia in eum, quem nunc tenent locum, demigraſſe.* Sic itaque contigit ſeditioſa hæc eorum ſeceſſio annis circiter 996. vel 1000. ante Nat. Chr. Moneo hîc in transcurſu dum de *Parthis* ago, etiam Turcarum, in Ottomanidis ſ. *Parthicæ* originis, nomen, quod nobis eſt *Török*, genuinum Hungaricum eſſe; cognatum τῷ *Törek*; ejectitia (tempore trituræ) ſpicarum & ſtraminum fragmenta ſignificanti: à rad. Chald. טָרַךְ, (Tarec,) *Ejicere, Expellere.* Ita etiam Tartarorum verum nomen *Tatár*, Hungaricum eſt, alteri *Tátar*, (unde *Tatarazni*, ‡) h. e. *Appendix*, germanum, ac ferè idem. Radix eſt חתר; unde Rabbinis תותרין, (Thoterin,) *Ligamina, Vincula.* Inde eſt etiam diminutivum apud nos *Tatárka*; Vile quoddam edulii genus inter legumina. Quæ Natio olim, imprimis tempore *Athilæ*, Hunnis fuit ſocietate devin-

r. Phot. C. 58. & in Arrian. ſub fin. Rer. Indic. p. 615, 616. † Nomini Hungarico *Jantó* cognatum videtur eſſe. ſ. Leuncl. in Annal. Turc. ſub init. ‡ Q. d. Appendicibus munire, renovare.

cta, & eorum in ſubſidio ferendo, velut *appendix*, rectè à noſtris poterat nominari *Tatár*. [Aliam utriuſque nom. originem, nunc prætereo.]

LIV. Dicet fortè jam mihi aliquis: Cum tot nomina hîc *Scythica* ita expoſueris, ut ſimul etiam veſtigia eorum ex idiomate Hungarico oſtenderis, cur tamen de ipſo generali Scytharum nomine, quò *Scythæ* dicuntur; & quod jam *s.* ex Hebraico fonte detexiſti, nullum aliquod veſtigium ex memorato idiomate hactenùs produxeris in medium? Reſpondeo, rationem hujus rei eſſe; partim, quia & ego cum tempore proficio in hiſce Originibus; adeò ut non poſſim non ſuper meo profectu inexhauſtam Dei cum admiratione celebrare bonitatem, qui nonnunquam, obſcuriſſima hîc, humanitùs mihi quoque (ut in argumento hujus generis, nunquam antehac exercitato;) præ deſperata, per meam infirmitatem patentiſſimæ luci prodit; partim verò, quia ex quo mihi aliquid in hanc rem innotuit, ejus conſignationem distuli in locum commodum; qualis hîc videtur eſſe. Hanc itaque ſolutionem Quæſiti à me habeto: *Skythes*; (h. e. *Scytha*;) non aliud nobis olim nomen fuit, quàm quod dicimus *Eskütes* unde etiam *Eskütet*, (nominaliter) rectè poterat formari. Solemus enim non rarò, (imò Vulgus ſemper,) literis S & K concurrentibus

s. Supr. Part. 1. pag. 33, 34.

bus in principio vocis, vocalem præmittere. Ut v. gr. *Szkáros*, dicitur quibusdam *Eſzkáros*; item *Skárlát*, quibusdam *Eſkárlát*. Ita etiam in *Skythes*, h. e. *Sküttes*, evenit. Significat autem hodie τὸ *Eſkutt* nobis *Juratum*. Unde *Eſküſzik*, (quaſi *Eſkütſzik*,) Jurat, & *Eſküitteti*, h. e. *Adjurat*, vel *juramento adſtringit*. At vero cum τῦ *Eſküt*, nulla radix in ſignificatione *jurandi*, poſſit inveniri, niſi ad eam reducatur quæ eſt nominis *Scytharum*; & τὸ *jurare* nudè conſideratum, rectè poſſit exprimi apud nos etiam verbo *Bizonyitani*, h. e. Certò teſtari, Certò aſſeverare; (ut *Iſtennel Bizonyitok*, Deum in teſtem invoco;) ideò dicendum eſt, hoc nomen *Scythes*, longo ſeculorum decurſu, à generali ſuo uſu, quo Nationem imò Nationes olim ex ſua origine ſignificabat, ad ſpecialem hunc pertractum eſſe, quò *Jurati* per id deſignarentur: Quod hâc ratione factum eſſe puto. Cum legam apud Herodotum, t. *Scythas Statutorum ſuorum fuiſſe obſervantiſſimos*; item, u. *conſuetos fuiſſe, plerumque jurare per Regium ſolium*, ſeu Regis *Larem*, * *cum maximum vellent interponere juſju-*

Pars II. *ran-*

t. Lib. 4. pag. 284. ed. An. 1592. H. Stephan.

u. Ibid. p. 278. τὰς δὲ βασιληΐας ἱςίας νόμος Σκύθῃσι τὰ μάλιςα ἐςὶ ὀμνύναι, τότε ἐπεὰν τὸν μέγιςον ὅρκον ἐθέλωσι ὀμνύναι. * Q. d. Deum ſolii & domus Regiæ gubernatorem; per quem puto hic intelligi ignem coeleſtem, quà Mars eſſe, h. e. bellis præſidere credebatur. Vide Supr. Part. I. p. 195, 196.

randum; ac inſuper juramentum in ea habuiſſe reverentia, ut quotieſcunque Rex ægrotaret, illicò perjurium alicujus traheretur in cauſam, quòd per ſolium Regis falsò quiſpiam juraſſet, ob idque eos, deprehenſum in perjurio graviſſimè puniiſſe: hinc eveniſſe reor, ut qui pejeraſſet, is tanquam *Pſeudo-Scytha*, utpote Legum Sçythicarum contemptor & infidus in Regem ſuum, ſit reputatus; è contra verò, Legum Patriarum ac juramentorum obſervatores, pro fideliſſimis in Regem & Leges Patrias, ac per hoc ſoli veri Scythæ, habiti fuerint; ita ut Scytha per excellentiam ſic dictus, & fidus atque verax in ea Natione ferè æquipollerent: ſicut & hodie dum de aliquo dicitur apud nos κατ' ἐξοχὴν, *Magyar ez*; h. e. *Hungarus eſt iſte*; non ſolùm innuitur in genere eum Hungaricis moribus eſſe præditum, ſed ſpeciatim, eum fidum eſſe in ſuam Nationem & leges Patrias. Ergo ex hoc fundamento, olim *Eſküttetni*, idem erat noſtris, quod more *Scythico* (adhibitis nempe certis cerimoniis, illi populo peculiaribus, quod *Chagani* juramentum ſupra † docet;) adigere aliquem per ſolium Regis, ad fidelitatem Regi, Regno, vel cuipiam, modo competenti, in ſuis dictis & factis præſtandam; & qui tale juramentum non ſolùm verbo edidiſſet, ſed & re obſervaſſet, is poterat verè dici *Scytha*,

Pars II. h. e.

& conf. ibid. p. 52, † Part. I. p. 195.

h. e. nobis *Eſküit*, vel *Eſküttes*; quia eſſet obſervator Legum Scythicarum. Tunc verò vel maximè hujuſmodi juramentum exigi poterat, cum quis vel promoveretur, vel *Scythis* incorporaretur, vel Mars fureret. Exinde procedente tempore, ubi per varias huc atque illuc migrationes, ac inprimis per tranſitum in Europam, multa de priſtinis ritibus noſtri amittere debuerunt; interim *τὸ Eſküit*, *Eſküttetés*, & *Eſküttetni*, tanquam religioſos aliquos terminos, & ad deſignandam quamlibet fidelitatem, mediante juramento per Numen ſuum facto promiſſam vel declaratam, converterunt. Quemadmodum videlicet in Populis Germanicis, veſtigium dicti nominis eſt *Schieten* & *Schieſſen*, h. e. *jaculari*; quod meo judicio, ſignificat è ſuo fonte, *more Scytharum tela* peritè ad ſcopum *emittere*, quamvis jam hodie, in genere quamlibet *ejaculationem* vel *exploſionem* notet; ſic noſtri quoque reliquias nominis *Scythici*, in *Eſküit*, *Eſküſzik*, & *Eſküttetni*, pro religione juramenti, retinuerunt. Par eſt autem credere, olim ſeculorum progreſſû, creſcente morum corruptione, juramentum quoque apud *Scythas*, majoris cauſâ ſecuritatis, eò frequentiùs fuiſſe pro re nata exactum: unde manâſſe demùm puto hunc abuſum, quô multi proh dolor! apud nos *Scytharum* poſteri, poſthabitâ reverentiâ juramenti, facillimè & frequentiſſimè vel in re

 levis-

leviſſima jurant, atque etiam pejerant. Unum quod hactenùs me fugit, hîc ſubjungo. Noſtrum *Viskó*, (per י loco א in princ. quaſi *Iskó*,) h. e. *Tugurium*, quoad præcipuas radicales cognatum eſt τῷ סכך, (vel סך,) unde τὸ *Scythes* ‡ deduximus: niſi quis longè remotiùs petat ejus fontem, à פשק. *Sziket* & *Siket*, & inde *Szikętes* ac *Siketes*, ſignificatum *obturationis* in ſe involventia, ſtudio brevitatis prætermitto.

LV. Quod attinet nomina *Deorum* Gentilium *Scythica* apud Herodotum; ✕. fateor, me, duobus aut tribus exceptis, in eorum origine hactenùs penitùs hærere. Herodotus enim potuit non unius, ſed plurium idiomatum & populorum Scythicorum nomina de *Diis* congerere. Quæ patent, de iis paucis dicam. *Papæus*, Jovis nomen, noſtris puto idem fuiſſe, quod *Papos*; h. e. qui Sacerdotem habet, ſeu qui Sacerdotio colitur. (Per excellentiam ſcilicet, hoc nomen *Jovi*, ut Deorum ſummo tributum eſt.) *Pap* enim eſt nobis Sacerdos; inde *Papos* adjectivum, ſenſu modo dicto. Deduco autem *Pap*, à rad. Hebr. & Chald. בָּב & בָּבָא, (Bab & Baba,) *Janua*, *Oſtium*; (imò & *Caput* Arabibus,) per mutationem *B* in *P*, quod frequens eſt; eò quod per Sacerdotes olim erat acceſſus ad

 Deum

‡ Supr. Part. I. p. 33. ✕. Lib. 4. c. 59. & conf. ſupr. Part. I. p. 49, 50.

Deum Deosque; imò & hodie Sacrorum Antiſtites ſunt, ad quos primariò ſpectat cura placandi Dei pro populo. Potuit tamen & *Patrem* olim hoc nomen noſtris majoribus ſignificâſſe; ſicut Turcæ, (ut & Arabes,) ab eadem radice, Patrem *Baba* vocant. Hinc Græcorum Πάππας & Πάππος, Latinorumque *Papa*, mutato *B* in *P*, ut apud nos, à prædictâ radice. Si noſtris quoque *Pap* olim, *Patrem* etiam ſignificaverit, jam ſic *Papos*, erat quaſi hodie *Após*; quod nobis præcipuè *antiquum Patrem* denotat. *Apia* verò *Telluris* nomen, cenſeo idem eſſe, quod *Apa*, (cujus originem jam ſuprà y. dedimus;) quod *Patrem* nobis ſignificat. Potuit tamen olim in genere *Parentem* ſignificare; quod nomen benè *Telluri* congruebat. De *Tabiti* autem nomine *Veſta*, h. e. ignis Cœleſtis, conjicio idem eſſe, quod *Többitö*, h. e. *augens*, *multiplicans*; à *Többiti*, auget, multiplicat. Per operationem enim ignis cœleſtis, h. e. Solis, producuntur & augentur bona è terra ortum habentia. Imò in homine etiam ignis nativus eſt, (ſupernè ortum habens,) qui facit ut multiplicetur genus humanum. Venit autem noſtrum illud *Többiti* & *Többitö*, proximè à *Több*, quod nobis *plus* ſignificat: & hoc à Chaldaico טוּבִי, (Tube,) h. e. *Plura*; item, *Multùm*, *plurimùm*. Hoc item, ab Hebr. טוֹב,

 (Tob,)

y. Part. I. pag. 301, 302.

(Tob,) *bonum* & *præſtans* denotante. Reliqua, ut ſunt, z. *Oetoſyrus*, *Artimpaſa*, *Thamimaſades*, obſcura mihi planè ſonant, niſi dehinc clariora reddantur.

LVI. Porrò cum non ignorem, olim etiam circa celebratiſſimum montem *Caucaſum*, a. Scythas, ac inter eos etiam noſtros habitâſſe; experiar an aliquid de hujus quoque nominis origine, poſſim aperire. Cum enim certum ſit eruditis, nomen hoc origine non eſſe Græcum; neque etiam Græcos tractum montis illius incoluiſſe; inveſtigandum eſt ſine dubio, è ſermone & lingua eorum, quorum majores antiquiſſimis temporibus illic ſedes habuerunt. Magnus Philologus, celeberrimus *Bochartus*, b. tentavit jam hujus originem ſcrutari; quam deducit ab Heb. & Chald. גוג חסן, *Gog-haſan*, id eſt, *Gogi munimentum*, ſive potentia; quaſi *Colchi & Armeni*, Scythiæ partem circa Caucaſum, ita *vocaſſent*, *atque inde Græci Καύκασον*, *ſono molliore*, dixiſſent. Sed ſalvo tanti Viri, mihi ob raram eruditionem æſtimatiſſimi, honore, derivationem hanc, nomini montis hujus, nullâ ratione quadrare video. Nam ut taceam, incertum eſſe, an vocabulum compoſitum *Gog-haſan*, Colchis & Armenis olim fuerit in aliqua certa & ſcopo huic congrua ſignificatione notum

 ac

z. Vide hæc nomina, ſupr. Part. I. p. 49, 50.
a. Strab. Geogr. Lib. 11. b. Boch. Phal. l. 3. c. 13.

ac uſitatum; ſanè nec τὸ *Gog-haſan* ita alludit ad vocem Καύκασ@, (*Caucaſus*,) ut longè congruentius illô nomen inveniri nequeat; neneque etiam eſt conforme deſcriptioni *Caucaſi*, quæ apud veteres authores, *Strabonem, Plinium*, & alios reperitur. Rimabor ego originem nominis, ut Scytha origine, an ex Lingua *Hungarica* collata cum *Hebraica* & *Chaldaica*, naturæ & nomini Montis, congruentiùs (quam ſit *Gog-haſan*,) poſſim eam deducere; experiantur tandem etiam alii, (ſi velint,) qui ſunt origine Scythæ, è numero noſtrorum ſive Sclavorum, ſive Alanorum, an ſimile quid & illi poſſint e ſua lingua elicere. Mihi enim ſaltem, (aliquid etiam de illis linguis ſubolfacienti,) non liquet, quomodo ex illorum linguis poſſit deduci.

LVII. Conſtat è Scriptoribus, Montem *Caucaſi*, ſeu integrum montium ejus Tractum, tùm nivium copiâ, tùm altitudine, tùm ſterilitate ob vaſta & frigida ſaxa, tùm verò horrore ob eadem, & ob fabulas de cruciatibus Promethei, eſſe celeberrimum. Juxta hæc igitur, vel juxta aliquod horum, origo nominis *Caucaſi* nobis quærenda eſt. Quantum ad primum. De *Nivis* in Caucaſo copia, & nomine inde à quibusdam olim huic dato, ſic ſcribit Plinius: *c. Scythæ Caucaſum montem, Graucaſum, id eſt*, NIVE CANDIDUM *appellave-*

c. Natur. Hiſtor. Lib. 6. cap. 17.

lavere. Videamus an aliquid huic cognatum poſſimus dare, unde ſaltem per levem deformationem, hoc nomen potuerit cudi. *Nix* idiomate noſtro, vocatur *Hó*, quaſi *Hoó*; quod & *Hav* ſive *Hov*, dictum olim fuiſſe, Accuſ. ſing. *Havat*, & omnes caſus in plur. videntur ſuadere. Deduco nomen hoc, vel à עָב, (*Hav*,) h. e. *Obnubilavit*, verbaliter, & Nominal. *Denſa nubes*, ע mutatò in ה ſive ח; gutturales enim inter ſe ſæpè permutantur: [nomen à *denſa nube*, nivi è *nube denſa* ortum habenti, ſatis congruum:] vel à חִוָּא, (*Havve*, ſive *Chavve*,) Indicavit, Monſtravit; non ſolùm quia Nix *indicat* Hyemem, ſed quia in Montibus altis *Nives* ſunt quaſi ſigna, ſuo *candore* hæc vel illa loca nobis diſtinguentia ab aliis, & notificantia. Inde puto Arabibus ab eadem radice, א in fine in cognatum ע mutatô, eſſe vocem *Chavon*, quæ ipſis d. *Montem albicantem* ſignificat. Montes enim maximè propter Nives albicant. *Albedo* ſaltem in hac radice, ob ſenſum vocis illius Arabicæ, non obſcurè involvitur. Jam verò nos ab *Hav*, additâ ſyllaba *as* vel *ass*, formamus adjectivum *Havas*, ſive *Havass*; quod propriè eſt, *Nivoſus, a, um*; Alpium nempe apud nos nomen. At Vulgus, poterat ſibi hoc nomen formare ad formam *Szurókás*, *Nyulókás*, *Bokókás*, habitâ præſertim ratione pluralis ejus

d. Vide Lexic. Arab. Golii, Col. 773.

Havak, ſeu *Havok*, ut diceret pro *Havass*, *Havókás*. Cum verò aſpiratio in primâ hujus vocis ſit nobis craſſiſſima, quaſi ex *Ch*, vel *Gh*, prima litera tenuiter coaluiſſet; ex eo, rectè poterant aliqui noſtrorum majorum primum illud pronuntiare *Chavas* vel *Ghavas*, & alterum Vulgi, *Chavókás*, vel *Ghavókás*; in ſenſû de monte, quòd eſſet *nivibus refertus*. Hinc jam è priori, additô *os* in fine, & *o* in medio abſorpto, facilè poterant Græci ſibi formare nomen Καύκασος. E poſteriori autem, interſertô per Græcos ρ (*r*,) ob aſperam in primâ aſpirationem, vel quod noſtrorum pronuntiationem non rectè percepiſſent, eâdem facilitate, adjecto ος in fine poterat fieri Γραύκασος, h. e. *Graucaſus*. [Si ex alio Scythico idiomate nomen hoc unà cum *r*, in ſenſu *nivei*, elici poſſit; lubens in hoc alteri cedam. Erunt nobis alia, de vero & vulgatiſſimo nomine.] Porrò, ut obiter moneam, ex noſtro *Havass*, lux affertur etiam nomini *Haveſſem*; quô *Cimmeriorum* regionem circa Colchidem, h. e. in Tractû montium *Caucaſiorum*, denſis caliginibus (ob vapores nempe,) circumſeptam, nominari ex *Hajthono* Armeno ſcribit *Ortelius*. e. *Haveſſem*, deformatum eſſe ex *Havass*, ipſa vocis reique evidentia clamat. Videlicet illic quoque pars montium *Caucaſi*, perpetuò *nivibus*

e. In Theſ. Geogr. ad vocem *Cimmerii*.

†· eſt candida; ideò *Havass*, & corruptè *Haveſſem* dicitur.

LVIII. Jam ſi ab *altitudine* * quæramus nomen Caucaſi, id à voce *Gog*, deducemus; at longè alio ſenſû, quàm Doctiſſimus Bochartus voluit. Gög, quod à parte rei eſt ipſiſſimum גוג, *Gog*, ſignificat nobis id quod *in alto* eſt *poſitum*, vel *elevatum*. Nec dubito olim hoc ſignificaſſe ſimpliciter *Altum*, ac inprimis *excellenter altum*, h. e. valde elevatum, imò etiam *eximium quid*; quorum illud ex nuda radice colligo; hoc vero, ex derivato quodam noſtro *Gyöngy*, (h. e. Margarita,) quod ego inde deduco: at verò poſtquam *ſedentes in* ejuſmodi *Alto*, ſuâ ſuperbiâ ac faſtû, abuſuque ſuæ Celſitudinis aliis ſe exoſos reddiderunt; frequentiùs tandem pro *faſtuoſi* ac *deteſtandi* hominis *altitudine* id uſurpatum fuiſſe, ex hodierna ejus apud nos ſignificatione, mihi perſuadeo. Nunquam enim hodie ullius quem honorare volumus Celſitudinem, voce *Gög* indigitamus; ſed ejus tantùm, qui ob ſuum *faſtum*, vel *deſidiam*, deſpectum & exoſum ſe nobis fecit. V. gr. De homine *arroganti*, *ſuperbo* vel *otioſo*, juxta Menſam locum honoratio-

Pars II. rem

† Durare *nives & glaciem* etiam *æſtate* in *Caucaſo*, docet nos Strabo, Lib. 11. * De altitudine Caucaſi, Vide Diodor. Sicul. Lib. 17. Et Steph. de Urbib. qui Caucaſum omnium montium maximum vocat. Conf. ibid. Not. Thom. de Pinedo.

rem occupante, vel in alio aliquo loco ſupra alias ſedes elevato, in vanum ſedente, ſolemus per illuſionem dicere: *Ott ül à Gögön*; h. e. Ibi ſedet in eminentiori loco: vel, *Ott ül nagy Gögre*; h. e. ibi ſedet multùm ſuperbè. Hinc jam à *Göz*, addito *ös* vel *es* in fine, fit *Gögös*, vel *Göges* ſive *Güges*; quod ex primæva quidem, ut jam innui, ſignificatione, debuit notare, *altum*, *eminentem*; (unde & τὸ *Gigas*;) at verò hodie ſignificat *Superbum* & *Faſtuoſum*, qualis erat inceſſus *Agrippæ* & *Berenices*, *f.* quando *μετὰ πολλῆς φαντασίας*, *ingreſſi ſunt auditorium* publicum cùm ſuis pediſſequis. Ubi interim ex noſtro *Gög* & *Gögös*, obſerva lucem non contemnendam, pro genuina ſignificatione nominis Hebraici גוג, *Gog*, circa quod magni Theologi ſolent deſudare. Nota etiam, apud Heſiodum, in illo verſû, quô *Cottum*, *Briareum* & *Gygen*, (quod idem nomen eſt cum noſtro *Göges*,) *g.* *ὑπερήφανα τέκνα*, *ſuperbos filios* eſſe dicit; poſtremus, nempe *Gyges*, ipſô nomine ſuam prodit ſuperbiam, juxta datam vocis ejus ſignificationem. Sed ad rem. Illud verò *Gögös*, noſtri Majores, rectè poterant pronuntiare etiam per *o* loco *ö*, nempe *Gógos*, in ſignificatione altitudinem notante: cujus rei argumentum eſt, quod in hunc uſque diem *Góg* per *o*, eſt cognomen

f. Actor. 25. verſ. 23. *g.* Heſiod. in Theogon. v. 149.

quorundam † apud nos. Idque de *Caucaſo* poterat eis ſignificare, eum eſſe *nimis altum* & *ſublimem*. Eſt autem etiam *Gógas* à parte rei idem quod *Gógos*. Et cum prima hujus ſyllaba, nobis ſit benè longa, Vulgus ſuo more dicere potuït *Gougas*; quod in pronunciando facilè exhibuit ſonum τȣ̃ *Gaugas*. Hîc jam Græci ſi addiderunt *os* in fine, & *g* utrumque, quod proclive eſt, in *k* mutarunt, prodiit etiam hinc nomen Καύκασ☉, quod quæritur.

LIX. Tertia viâ ſi quæramus hoc nomen, nempe à *ſterilitate* ſaxei montis, * ſic jam à *Kóka*, [quod olim noſtros in uſu habuiſſe, non ſolùm cognomen *Kókai* à loco *Kóka*, ſed & *Kókatt*, ſignificans *ſiccum* & *omni virore ac vigore exhauſtum*, nos docet,] dicimus nomen illud Scythis dictum fuiſſe *Cókás*, (quod ob longum *ó*, potuit dici etiam *Coukás*,) denotans, *Siccum*, *ſterilem*, *deformem* & *incultum*. Quàm facile hîc ex *Coukás*, (pro *Kókas*,) potuit fieri apud Græcos, Καύκασ☉, unusquisque videt. Convenit hoc cum eo, quod *Ortelius* *h.* & *Baudrand* *i.* ex Hajthono ſcribunt, *Caucaſum* hodie dici vulgò *Cocas*. Radix hujus nominis eſt קקא; de qua ſtatim ſe-

† Nôrunt multi mecum, *Rima-Szombatini*, duos etiam hoc cognomine *Góg* vocari. * Supra radices præſertim. Qua de re vide Strab. Lib. 11.
h. In Theſaur. Geograph. *i.* In ſua Geograph. ad vocem *Caucaſus*.

quenti paragrapho agemus. Ita aliquot nomina, quæ *Caucaſi* poterant eſſe, recenſuimus, unò adhuc quod exponendum eſt, reſtante; ſupponentes, quod à diverſis incolis, ac diverſis in locis, diverſo modo, ac diverſâ ratione potuit denominari; innuentes etiam quàm variè olim nomen *Caucaſi* poterat à noſtris ita formari, ut ſono ad τὸ Καύκασ@ proximè accederet; quamvis non negemus unum ex iis fuiſſe principalius & celebratius; quod & in monte principaliter conſiderandum, plenius expreſſit, & facilimè etiam in τὸ *Caukaſus* potuit mutari. Poteramus etiam ex voce *Kakas*, nobis *Gallum gallinaceum*, ſignificante, (ac per conſequens ejus formam vel vigilias in re quam denominat innuente,) formare nomen, nomini *Caucaſi* ſono ſimile, nempe *Kakaſos*, quaſi *Koukaſos*; ſed nolumus meris tantùm alluſionibus hîc uti. Ad hoc ſaltem valet mentio hujus, ut eò magis nobis perſuadeamus, quàm bellè Καύκασ@, cum ſono & proprietate idiomatis Hungarici potuerit olim convenire, atque etiamnum conveniat. Nunc progredior ad illud, quod de nominis hujus origine, in ultimum locum reſervavi.

LX. Omnibus itaque *Caucaſi* Etymis, hactenùs recenſitis, præfero illud, quod non quidem ſono neque etiam radice, ſed ſignificatione a tertio (ex deformi ſterilitate petito,) diverſum, à *terrifico* nimirum montis

ſtatu petitum, hîc propoſiturus ſum. Eſt apud nos in uſu vocabulum *Kókó*, quod ſemper *horrendum* quid & *formidabile*, ac per hoc *fugiendum* nobis ſignificat. Solent hoc adhibere Matres in terrorem ſuis infantibus, dum eos à cultro, vel ſimili noxio abarcere volunt, ne quid periculi eis eveniat. Aliquando etiam de homine deteſtandi vel formidandi aſpectûs ac geſtûs dicitur: *Kókó ember:* H. e. Homo, qui titulo *Kókó* dignus eſt. Radix hujus eſt קקא, (*Kaka*, vel etiam rectè *Kókó;*) quo ſub nomine Judæi, comprehendunt inprimis *aves immundas* & nocturnas, uti ſunt, *Ululæ*, *Noctuæ*, & ſimiles: animantia videlicet *horrorem* tùm clamore, tùm conſpectû, inducentia. Ex hoc fonte nomen traxiſſe puto populos qui circa Bithyniam ‡ & Pontum, atque etiam inter Peloponneſi † Barbaros, olim *Caucones* vocabantur. Quia erant revera *Kókónes*, h. e. terrifici & formidandi incolis terræ, tùm ob crudelitatem, tùm ob deteſtandum aſpectum & converſationem. Noſtro jam illi nomini ſi addatur *s* in fine, ſit *Kókós:* quod à ſuperiori, (*Kókó*,) differt tantùm ut adjectivum à ſuo ſubſtantivo, notatque id, quod *terrore*, *horrore*, ac *periculo* non caret; ſeu, *Terrificum*, *formidandum*, *periculoſum*. Nomen

‡ Vide Strab. Lib. 12. & Steph. de Urbib. in voce Καυκώνια cum Not. Pinedo. † Vide Supra Part. I. pag. 374. ex Strab.

men monti illi, qui partim ob naturalem ſuî vaſtitatem ac periculoſam ob ſaxa & gelu conſcenſionem, horridus eſt, (unde Virgilio *k. duris cautibus horrens Caucaſus* dicitur,) partim verò ob radicatas olim in corde Nationum fabulas de *Prometheo* illic velut in inferno Cruciatùs immanes, quibusdam *mille, l.* quibusdam *myriadas annorum m.* durantes, ſufferente, *n.* deque antro & catenis ejus, celebratiſſimus erat, convenientiſſimum. Cum verò τὸ *Kókós*, idem ſit à parte rei cum *Koukós*; vel *Kaukós*, quod tùm nomen *Cauconum* jam explicatum, tum alia in Grammaticis ‡ Orientalium docent, ita ut omnibus illis modis, rectè veteres illud pronuntiârint; hinc ubi Græci Græcam ſuam terminationem ος in fine addiderunt, ſonô *o* ad ſonum *a* leviter flexô, factum eſt Καύκασος, h. e. *Caucaſus*; id ipſum nomen quod quæritur.

LXI. Hæc de Caucaſi etymo, judicio candidô æſtimata, talia ſunt, ut ſi quis *Perſa*, *Turca*, *Arabs*, *Phœnix*, vel *Armenus* è ſuo idiomate, poſſet, ne dicam his planè ſimilia, ſed aliquanto etiam inferiora, ſuis literis deſcripta, producere in medium; non defuturi eſſent multi in Occidente, qui ambabus ea

k: Æneid. 4. v. 366, 367. *l* Vid. Strab. Lib. 11. *m*. Vid. Æſchyl. in Prom. Vincto, v. 93, 94, 95. τὸν μυριετῆ χρόνον ἀθλεύσω. *n*. Diod Sicul. Lib. 17.
‡ Natura *Cholem*, *Kametz* & *Kametz chatuph* hîc conſideranda.

manibus de tam celebratiſſimo monte *Caucaſo* acciperent; quamquam horum aliqui remotiùs à Caucaſo, ut Phœnix, Arabs, & Perſarum magna pars; aliqui verò ut Turca & Armenus, non magis, imò nec tam proximè, ſicut alii olim ad radices Caucaſi habitaſſe leguntur. Si ergò *Scytha* aliquis origine, at verè Hebræus in ſpiritu, h. e. *Chriſtianus*, cujus majores aliquando, etiam ad radices ſterilium illorum ſaxorum habitâruut, hæc ſubſidio linguæ Hebraicæ, è ſua deducit, & literis Occidentalibus, Orbi Chriſtiano pandit; juſtum & æquum eſt, ut Chriſtianus Chriſtianum ſuum fratrem, (quod & in aliis ſimilibus à me dictis vel dicendis, requiro,) non minori cum aſſenſûs inclinatione excipiat, quàm Afrum Punicè loquentem, Arabem, Turcam, vel Perſam Muhammedanum, vel etiam Armenum Chriſtianum. Mihi quidem Armenica lingua, vix adhuc inter tot alias occupationes, longè majores, vel in prægu-ſtu eſt nota; verùm uti jam magnâ cum difficultate, cœpi aliquid de ea in quibusdam vocibus (ex Grammatica Armenic. Clem. *Galani*, o.) ſubolfacere; animadverto, longè propiùs *Hungaricam* accedere ad præcipuas linguas Orientales, Hebraicam & Chald. quàm hodiernam *Armenicam*. Quod idem etiam (ex currente, ut potùi inſpectione,) de Lingua

o. Impreſſ. Romæ, an. 1645.

Georgiana, *p.* ſeu *Iberica* Vulgari hodierna, experior. Licitum eſt aliis etiam, quorum majores fuere *Scythæ*, aut cuilibet linguarum perito, experiri, an poſſit meliorem, vel his non inferiorem, ex alia lingua, *Caucaſi* derivationem, in medium adducere. Videat tamen priùs, ne fruſtra laboret.

LXII. Montem *Caucaſum* (verſus Indos,) dictum fuiſſe à quibusdam etiam Παροπάμισον, *Paropamiſum*, author eſt Diodorus *q.* Siculus. *Paropamiſus* videtur eſſe ortum ex *Paripa-mezö*; quod eſt, Equorum (inprimis caſtratorum) Campus. Scilicet vel à ſubjecta in aliqua parte ejus, *planitie*, equis paſcendis apta, mons in eadem parte dici poterat adjectivè *Paripa-mezös*; (h. e. habens campum equis paſcendis aptum;) vel quia alicubi in ipſo ejus cacumine, locus paſcendis equis aptus daretur; quod in Hungaria de ſaxeis quibusdam ac horridis montibus, circa *Pelſöcz* & alibi notum. Eſſe verò in Tractu Caucaſi, loca *equis* paſcendis apta, ea quæ de quibusdam Amazonibus, *ſub montium Caucaſiorum radicibus*, *curæ paſcendorum equorum* deditis tradit Strabo,

p. Videri poteſt Grammatic. Georgian. Ling. Franciſc. Mar. Maggii, (cui ſuppetit,) impreſſ. Rom. 1643. *q.* Lib. 17. pag. 553. edit. Hanov. Quod alii hariolati ſunt olim, *Paropamiſum* Indiæ in gratiam Alexandr. M. à Græcis vocatum fuiſſe *Caucaſum*, de eo vide Arrian. de Exped. Alex. M. Lib. 5. p. 319, 320.

r. docere nos poſſunt. Radix τῦ *Mezö*, jam à nobis ſupra ſ. eſt data. Radix verò τῦ *Paripa*, (quod fortè *Medi*, quorum ſermo cognatus erat Scythico & Parthico, vel alii, poterant dicere *Paropa*,) eſt פָּרַף, (*Parap*,) *Jungere*, *Connectere*, *Componere*: fortè quia primitus hujuſmodi equi potiſſimum *jungerentur* ad labores homini auxiliares: vel quia etiam τὸ *compoſitum*, *decens*, & *aptum* eſſe, ſub ambitu radicis illius comprehenditur. Equi enim *caſtrati*, utpote expeditiores & aptiores ad inſerviendum ſuo poſſeſſori, (inprimis Nobili vel Militi,) vocantur apud nos *Paripa*. Quòd Ptolemæo nomen hoc eſt παροπανισος, *Paropaniſos*; quamvis μ in ν, facilè potuerit mutari, attamen nec huic deeſt apud nos cognatum; nempe, *Paripa nézö*, vel *Paripanézös*. H. e. Locus *equorum luſtrandorum*. Per me licet, ſi quis meliorem nominis originem dare poteſt. Ego ſaltem nomina non ſolum nomini, in ſe obſcuriſſimo, ſed & rei, (ut videtur,) tam conſona, e noſtro idiomate hîc proferre, negligere nolui.

LXIII. *Taurus* (Græc. Ταῦρος,) mons Aſiæ vaſtiſſimus, mediam ſecans Aſiam, & parte ſuî Armeniæ imminens, qui alibi, ob diverſas ſuî partes etiam *Caucaſus* dicitur; abjectâ terminatione Græca ος, eſt *Taur*, vel *Tour*, quod cum noſtro *Tuúr*, (nomine Op-

 pidi,)

r. Geogr. Lib. II. ſ. Part. I. pag. 302. & 303.

pidi,) bellè conſonat. (Eſt etiam nobis *Tura*, nomen loci.) Radix ejus eſt טור, (*Tur*,) h. e. Mons. Habemus etiam appellativ. *Túr*, tumorem, vel grumulum ulceroſum in Crure ſignificans. Item *Túrás*, (à verbo *Túr*, ſurſum jactat, disjicit, fodit aliquid;) quô colliculi Talparum vocantur. Videtur rectè olim noſtris in Oriente τὸ *Tuúr*, (ſive *Toúr*,) in genere *tumorem*, *elevationem*, & *eminentiam* ſignificâſſe;. unde adjectivum *Tuúros* (ſeu *Túros*,) ſignificabit nobis id *quod habet tumorem*, *elevationem*, *altitudinem*; ſicut in hunc uſque diem illud (*Túros*,) in viliori quadam, ſed cognata ſignificatione, apud nos in uſu eſt; nempe in denominando pede *tumorem* ulceroſum habente. Unde *Taurus* idem eſt, quod *habens eminentiam* & *altitudinem*; κατ' ἐξοχὴν nimirùm, ſupra alios montes.

LXIV. Scripturaria quædam nomina in hiſce Tractibus olim nata paucis tantùm attingam. חבור, *s. Chabor* (ſeu *Hábor*,) *t.* fluvii, qui *Chebar* Ezechieli, (Cap. 1.) & Urbis atque montis *u.* (*Chaboras* Ptolemeo) nomen, in finibus Medorum & Aſſyriorum; videtur cognatum eſſe noſtro *Habar*, h. e. Miſcet, Confundit; item τῷ *Haború*, h. e. Turba, Confuſio, Commotio; & *Haborús*, h. e. Turbulen-

s. 2 Reg. 18. v. 11. *t.* Vide Itiner. Beniam. p. 60.
u. Hæc tria de *Chabor* explanata, vide apud Sam. *Lee* in Anglic. Diſſert. de Decem Trib. p. 33, 34.

bulentus, a, um: item, Procelloſus, Fluctuoſus, a, um. Quod nomen fluvio turbido, vel fluctibus tumido, convenientiſſimum. Puto etiam verum & antiquiſſimum Thraciæ fluminis ἕβρος (*Hebros*) Græcis dicti nomen, à Scythis nimirùm impoſitum, fuiſſe *Haborús*, & à Græcis in formam paulo aliam mutatum. *Gozan* x. etiam, (tum fluvii tum montis nomen Bocharto,) cum *Göz*, Vapor, *Gyöz*, Vincit, & *Gaz*, Minutiæ, Quiſquiliæ; & *Chalach*, y. Hebr. חלח, Straboni z. Καλαχάνη, cum *Colocſa*, quod eſt *Colocha*, nomen Sedis Archiepiſcopalis in Hungaria; item, cum *Calocſa* (ſeu *Calocha*,) & *Kelecſény*, (juxta Strabonis *Calachenam*,) videntur cognationem habere. Si in prima ſyllaba *Chet* in *Ain* mutetur tanquam ſuum cognatum, ut ſit *Alach*, h. e. *Alacs*, jam noſtrum *Alacſon*, (Humilis, e,) & *Alacska*, (Diminutivum ex *Alacs*,) Pagi nomen, cum dicto *Halach* (ſeu *Chalach*,) conferemus. Quàm bellè etiam, Babylonicum loci nomen, *Calno*, Iſa. 10. v. 9. & Amos 6. v. 2. noſtris locorum nominibus, *Cálnó* & *Cálna*, (quibus adde *Kalyan* & *Cálnok*,) conſonet, per ſe clarum eſt. Poteram hîc occaſione *Gozan*, etiam de nomine celebratiſſimi fluvii ad Mediam, *Sabbaticus*, *Sabbation*, & *Sanbation* dicti, † ali-

Pars II. quid

x. 2 Reg. 18. v. 11. y. Ibid. z. Geogr. Lib. 11.
† Vide de hoc Lexic. Talmud. Buxtorf. in סבט.

quid dicere, idque à noſtro *Szombat*, nobis antiquiſſimo & vernaculo, (quod probatu mihi facillimum eſſet,) tum diei ſeptimi, tum aliquot locorum apud nos nomine, deducere; ſed ne nimis liber excreſcat, ad alia nunc brevitatis ſtudio me confero. Hoc interim ultrò Lector hinc obſervabit, nomen *Septimi Diei*, à שבת, (mutatò nobis & Sclavis ש in ט,) apud veteres Noachidas in Oriente, quà ſine otio Judaico, nudè Creationis & inde ſecutæ *quietis* Divinæ memoriam iis revocabat, multò antiquius eſſe Lege *Sabbati* Judæis datâ.

LXV. Ne miretur autem quiſpiam, me talia è noſtro idiomate tentare: cum & ipſa idiomatis noſtri natura verè Orientalis, & antiquiſſimarum ſedium Majorum noſtræ Nationis conſideratio, ad hujuſmodi experimenta me invitent. Unde auſim confidenter dicere omnibus, qui veritati ſeriò inquirendæ ſe addixerunt, me tantam in hiſce laboribus edoctum eſſe amicam & auxiliarem noſtræ linguæ ad Hebraicam & Chaldaicam, relationem, ut non dubitem, haud minorem cum tempore, ſi non majorem, uſum hujus futurum, in multis obſcurioribus Scripturæ S. Vet. Teſt. vocabulis illuſtrandis, quàm *Arabica*.

col. 1417. & Conſtantin. L'Emper. Not. in Itiner. Beniam. pag. 206, 207, 208. Et Conf. Ortel. Theſ. Geogr. & Sam. Lee de Dec. Trib. p. 41.

Dictum pro merito comprobare, ſcopus Libri non patitur; (cui & tempus ſuum requiritur;) è ſelectioribus tantùm pauciſſima quædam hujus generis vocabula, velut ſpeciminis vice ad plura, in medium producam. Sic v. gr. S. *Hieronymus*, Chaldaicum illud (Dan. 3. v. 21, 27.) בְּסַרְבָּלֵיהוֹן, (*Be-Sarbale-hun*,) interpretatur, *cum* *BRACCIS ſuis*, ac lucis cauſâ in Commentario ſuo hæc ſcribit: *a. Linguâ Chaldæorum Saraballa crura hominum vocantur & tibiæ, & ὁμωνύμως etiam braccæ eorum, quibus CRURA TEGUNTUR & tibiæ.* Agnoſcit etiam magnus *Buxtorfius*, *b.* vocem hanc à quibusdam exponi per *Caligas*, vel *Femoralia*: & Conſtantinus *L'Empereur* hanc vocem ſic exponit: *c. Si* סרבלי *conferamus cum loco quodam Lib. 1. Hiſtoriæ Almacini, eâ voce potiùs FEMORALIA deſignari videbuntur.* Et adducto in hanc rem textû Arabico, mox ſubjicit: *Erantque* (Sarbali) *hujusmodi femorum tegumenta, quæ à lumbis ad talos uſque omnia obtegebant.* Atqui non aberrabimus à vero ſi dicamus, olim noſtris dictum hoc fuiſſe *Szárbeli*; h. e. veſtimentum *ad crura pertinens*; juxta formam *Láb-beli*, h. e. ad pedes pertinens, uti ſunt, calcei vel cothurni. Eſt enim nobis *Szár*, à rad. סוּר, (Szur,) *Ire*, *Recedere*,

a. In Dan. c. 3. *b.* In Lex. Talmud. col. 1545.
c. Not. in Paraphraſ. Joſephi Jachiadæ ſuper Dan. c. 3.

dere, *Moveri*, idem quod *Crus*; & *beli*, particula ſignificans aliquid ex aliquo eſſe, vel ad aliquid aliud ſpectare; à rad. בול, (Bul,) *portio*, vel *fruſtum* alicujus rei; unde & noſtrum *Búl* & *Bül*, h. e. *Ex* Latinorum. Rectè poterant Chaldæi etiam olim hæc utraque communia ſibi habere in explicato ſenſû, atque ex his ſimul junctis unicum ſibi nomen formare, imò & verbum *Sarbel*, quod eſt, *Operire*, ſpeciali ad generale pertractô. Unde puto, propter primum compoſiti membrum, ſeram Chaldæorum poſteritatem tempore Hieronymi exiſtimaſſe, integrum *Saraballa*, ſignificare *crura*; vel Hieronymum ab eo hanc interpretationem accepiſſe, qui non ex fundamento dictam vocem integrè intelligebat. Idem S. Hieronymus, ad Iſaiæ cap. 33. v. 7. ſcribit: *d. Hebraicum* אראלם, (*Erel-lam*,) *Hebræi ſignificare* ANGELOS *arbitrantur*. Pariter & Buxtorfius: *e. Sumitur* (inquit) & *pro* ANGELIS. Atqui hoc admiſſô, ſicut revera textus hunc ſenſum benè admittit, dicendum eſt neceſſariò ל radicalem eſſe in hac voce, ita ut integra radix olim apud Orientales exſtiterit, אראל; (*Aral*;) cujus rei argumentum eſt, nos habere verbum *örül*, (Hebr. lit. ארל,) h. e. Gaudet. Significatio ſanè Angelorum naturæ convenientiſſima; quorum nempe omnis beatitudo eſt *gaudium* juge.

d. Comm. in Iſa. I, 10. *e.* In Lex. Talm. col. 207.

Eſt nobis etiam *öröl*, quod propriè *molere* notat. Poterat tamen olim etiam magnum laborem in genere ſignificaſſe. Eſt & *'Erel*; h. e. Maturat. Sed his utriſque prius illud *öriil*, pro Angelis vel Nunciis Dei præfero. Eſt quoque *ör-álló*; h. e. Speculator, ſeu in Excubiis ſtans. Primum membrum, eſt ipſiſſimum Hebraicum עֵר, (Er,) *Vigil*, a rad. עור. Alterum infra (in *Ellaſar*,) explicabitur. Hoc, niſi compoſitio ejus videretur obſtare, pro Angelis Paſtores Eccleſiarum ſignificantibus, apprimè τὸ *Erellam* illuſtraret. Sic de voce Iſa. 64. v. 1. (al. 2. & al. 6.) הֲמָסִים, *Hamaſim*, quam aliqui *cremia* vel *ſtipulas* exponunt, idem S. Doctor hæc habet: *f. Hebræi hunc locum ita ediſſerunt: Sic comburet ignis INIQUOS, quomodo aquæ fervent ignis ardore.* המסים * *enim non conſumptionem & tabem, ut cæteri interpretati ſunt, ſed INIQUOS intelligi volunt.* Atqui nobis planè τὸ *Hamis*, ſignificat *iniquum*: unde antiquæ illi interpretationi Judæorum, non parva lux affulget. Ita etiam ſi quæratur, Cur Jerem. c. 10. v. 11. *Terra* Chaldaicè dicitur אַרְקָא, (*Arka*;) puto è noſtrâ lingua congruentiſſimam poſſe dari rationem; eò quod ſtilo humanô, ſit *depreſſa*, *infima*, & quaſi in *profundo* poſita pars Mundi. Nobis enim

 'Arok

f. Hieronym. Comm. in Iſa. 64. v. 2. * Editio Antverp. Hieronymi habet חמסים; quod etiam in hoc ſenſu iniquitatis, à חמס *Violentiam* vel *injuriam facere*, ſtare poteſt.

Arok ſignificat, *Vallum*, *Foſſam*; eò quòd in his faciendis *inferiora* terræ fodiantur. Atque huc ſpectat illud apud Buxtorfium: *g. R. Moſes Bar Nachman dixit*, ארקא (Arka) *INFIME omnium eſſe*. Facile eſſet etiam nominibus, *Romelia h.* vel *Remalia* & *Sargon*, *i.* ex noſtris *Romol*, *Rémül*, *Rámál*, & *Sárga*, vel *Sereg*, lucem afferre; ſed his noſtræ juventuti relictis, dum jam circa *Armeniam*, primam & antiquiſſimam noſtræ Nationis ſedem, verſor, pergo ad nominis *Ararat*, explicationem.

LXVI. *Ararat*, * primariò non montis ſed campi nomen eſſe, & à campo ad montem ei proximum tranſlatum fuiſſe, docuit jam nos S. Hieronymus. *k. Ararat (inquit) regio in Armenia campeſtris eſt, per quam Araxes fluit incredibilis ubertatis, ad radices Tauri montis, qui usque illuc extenditur. Ergo & arca in qua liberatus eſt Noë cum liberis ſuis, ceſſante diluvio, non ad montes generaliter Armeniæ delata eſt, quæ appellatur Ararat, ſed ad montes Tauri altiſſimos, qui Ararat imminent campis*: ſubintellige, ideò hos etiam montes, quòd campo *Ararat* immineant, dictos eſſe *Ararat*. [Moneo hîc obiter, non eſſe Hieronymi ſententiam de Arcæ quieſcentis loco, adeò diſſitam ab illorum ſententia, qui in *Gordiæis* (aliàs *Cordiæis*, item

g. In Lex. Talm. *h.* Iſa. 7. v. 1. *i.* Iſa. 20. v. 1. * Gen. 8. v. 4. 2 Reg. 19. v. 37. Iſa. 37. v. 38. Jer. 51. v. 27. *k.* Comm. in Iſa. c. 37.

Kardu) montibus eam ſtetiſſe volunt, ac quidem putavit doctiſſimus Bochartus. *l.* Nam Tauri montes (ob diverſas ſuî partes) teſte Strabone *m.* etiam *Gordiæi* dicti ſunt: ideoque *Gordiæorum* nomen, poterant dictæ ſententiæ authores tam latè extendere, ut ſub eo etiam partem *Tauri* campo *Ararat* imminentem, comprehenderent.] Jam videamus Etymon nominis ejusque rationem. Ego *Ararat* puto ortum habere ex ארר, *Arar*; non quà propriè & directè *maledicere* vel *execrari* Hebræis hodie ſignificat; ſed quà cum antiqua radice הרר, (*Harar*,) olim ejuſdem erat ſignificationis, mutato ה apud quosdam in א, quod frequens eſt. Illud autem הרר, *Harar*, & contracte הר, (*Har*,) ſignificaſſe olim *creſcere*, *intumeſcere*, *elevari ſurſum*, voces Hebrææ ab eadem radice fluentes, הָרָר, *Harar*, & הַר, (*Har*,) *Mons*, non obſcurè docent. Nam *Mons* ideò eſt *Har*, quia attollitur, vel elevatur ſurſum. Hinc etiam Arabicum, non ſolùm הרהר, (Harhara,) *Commovit*; *Modum exceſſit*; ſed & הרהרון, (Harharon,) *Murmur copioſæ fluentis aquæ*. Item הררון, (Horron,) *Multa aqua*. Eſt ergo *Harar*, à parte rei idem quod *Arar*. Jam applicemus hæc ſcopo noſtro. Nos à verbo הרר, (*Harar*,) ſeu ארר, (*Arar*,) habemus in hunc uſque diem vocem

 (ſicut

l. Geogr. Sacr. Part. I. Lib. I. c. 3. *m.* Lib. XI. *Sunt* inquit, *qui* (Taurum) *Gordyæos montes vocant.*

(ſicut Hebræi *Har* ab *Harar*,) ſine geminatione ſecundæ radicalis, *'Ar*, (quaſi *'Arr*,) quæ ſignificat, *Exundationem*; unde *Exundationem aquarum* vocamus *'Ar-viz.* In exundatione enim aquæ *creſcunt* & *intumeſcunt.* Uſurpamus etiam pro nominibus locorum, ut *Nagy-Ar*, h. e. Magnum *Ar*, & *Kis-Ar*, h. e. Parvum *Ar.* Non dubito autem noſtros majores olim etiam geminatione ſecundæ radicalis, hîc uſos fuiſſe, ut dicerent *Arar*, in eadem cum *'Ar* vel cognata ſignificatione; ita ut *Arar* & *'Arad*, vel idem, vel prope idem fuerint. Nam apertè ſcribit Herodotus, † olim quendam *Scytharum* fluvium in Iſtrum influentem, dictum fuiſſe Ἀραρὸς, *Araros*; fortè quia ſubinde *'Aradós* ut hodie loquimur, h. e. *exundans* eſſet. Interpretatur autem poſt alios Ortelius *n.* hunc fluvium *Alutam*; h. e. noſtrum *o. Körös.* Jam ex *Arar*, more noſtro additâ terminatione *at*, factum eſt *Ararat*, ad formam *Akarat*, Voluntas, ab *Akar*, à volendo; & *Járat* à *Jár*, ab ambulando. Sic *Ararát*, ſignificabit tum *exundationem*, tum *profluvium*, vel *emanationem*, ſeu partem & *reliquias exundationis* aquarum; quia nimirum in Campo *Armeniæ* memorato, diutiùs ſine dubio quàm alibi, veſtigia magni illius *diluvii*, in lacubus,

† Lib. 4. *n.* In Theſ. Geograph. *o.* Ita Thuano *Aluta* eſt *Körös*, (ipſi *Cheres*,) Hiſtor. Lib. 4. p. 410. ed. Francof. 1614.

vel depreſſis & cavis locis apparuerunt: Unde campus primùm à veſtigiis Diluvii, denominatus eſt *Ararat*; deinde verò etiam Montes ei imminentes. Vox etiam *'Ar-járat*, h. e. Diluvii inceſſus, vel Diluvii veſtigia, etſi non eſt ipſiſſimum *Ararat*, lucem tamen aliquam ei ſubminiſtrat; inprimis verò docet, quid *Ariarathia*, Urbs propè Cappadociam apud Stephanum, & lacus ſalis apud Conſtantinum Porphyrog. item, quid *Ariarathes*, (Rex Cappadocum,) quaſi *'Ar-járati*, (Qui eſt de loco *'Ar-járat*, vel *'Ar-járatos*, h. e. Qui habet locum *'Ar-járat*,) ex primæva ſua origine ſignificent. Cujus eò libentiùs facio hîc mentionem, quòd & doctiſſimus *Bochartus* p. ad evincendum, *Ararat* eſſe montem Armeniæ, tum *Ariarathis* tum *Ariarathea* meminit; inprimis de Ariarathe ſcribit: *Ariarathis nomen in Armenia minori notiſſimum fuit.* Succurrit verò mihi hac occaſione etiam de ratione nominis Armeniæ aliquid, non minus plauſibile quàm quod ſuprà * retuli. Nimirùm, ſicut poterant aliqui nomen *Armeni* & *Armeniæ*; formare ex *Aram* vel *Arim*, additò *nun* in fine, vocalibusque aliter diſpoſitis, aut ſaltem uti eò quaſi derivatò ex illis; ſic noſtri Majores à *Diluvio* aquarum, in *Armenia* maximè præ aliis terris, ob Arcæ illic conſiſtentiam, olim noto, rectiſſimè & congruentiſſimè vocàrunt

p. Geogr. Sacr. Part. 1. l. 1. c. 3. * Part. 1. p. 40.

locum illum, *'Ar-mány*, (ita enim *Armenum* in hunc uſque diem à nobis vocari, ſtatim dicemus,) h. e. Exundatio, vel Diluvium; ad formam, *Tarto-mány*, Regio; item *Alkot-mány*, h. e. Ædificium; ita ut *Ararat* & *'Ar-mány*, eodem modo ſenſû coincidant, ſicut *Alkotás* & *Alkotmány*, item *Takarat* (pro *Takarás*, h. e. Collectio,) & *Takar-mány*. Particula enim *mány* † in omnibus his, pari modo ut ſupra de *Vány* diximus, eſt tantùm acceſſoria; formativa nempe unius vocis ex alia. Sic jam pleniùs intelligemus etiam illud Hieronymi, quò *Ararat* & *Armeniam*, quaſi ſynonyma videtur accipere, dum de filiis Senacheribi ſcribit: *q. Qui cum fugiſſent in terram Ararat, quod intelligitur Armenia.* &c. Ita etiam in textû paulo ante allato. Et alibi vocem הרמון, pro *Armona*, h. e. *Armenia* accipit. *r. Et projiciemini* (inquit) *in locis Armeniæ, quæ vocantur Armona.* Subjicit: *Symmachus ita interpretatus eſt; Et projiciemini in Armenia.-- Aquila, montem Armona.* Et infra: *Transferri in Armon, montes Armeniæ, qui Medis Perſiſque confines ſunt.*

LXVII. Addat his lucem, quòd nos in hunc uſque diem, *Armenum* vocamus, *'Armány*, vel

† Sub radice מנה eſt ei locus; eò quòd rem, hujus vel illius *partem* eſſe, vel ad *numerum* ac ordinem hujus vel illius eam pertinere, ſignificet,

q. In Iſa. c. 37. r. Comment. in Amos 4. v. 3.

adjectivè *'Armányos*, (uti ſuprà * dictum; quanquam τὸ *'Armányos*, ut ibidem monuimus, potiùs *conſpirantem cum Armenis* notat:) & Regnum Armeniæ, *'Armány Orſzág*. Nec obſtat, quod aliqui noſtrorum *Armenum* vocant *örmény* vel *ürmény*. Nam & hîc videmus easdem adeſſe literas principales, h. e. conſonantes; ita ut hæc diverſitas, diverſis tantum in eadem Natione loquendi modis, debeat adſcribi. Alioqui ſtrictiùs etiam hæc è ſuo fonte examinata, aut idem aut maximè cognatum ſignificant. Nam τὸ *mény*, in *Ör-mény*, ad formam *Vete-mény*, (Satum,) æquè acceſſorium eſt ac in *'Armány*: & proinde τὸ ör ex voce compoſita *ör-Vény*, h. e. Gurges aquarum, (ad formam *Jöve-vény*, *Kele-vény*,) explicatum, deſignabit *periculoſam* aliquam *accumulationem*, vel *circumgyratio-nem* aquarum: quod planè ſcopum noſtrum illuſtrat. Sic ergo undiquaque patet, olim à noſtris nomen *Armeniæ*, à celeberrimo illo *Diluvio* Noachico ob Arcæ quietem & liberationem illic conſecutam, fuiſſe impoſitum, *'Ar-mány*. Audaciam Græcorum de nato nomine *Armeniæ*, tædet referre. Hoc potiùs addam; quòd quemadmodum generalius nomen *Armeniæ* fuit olim *Aramæa*, & *Arim*, vel *Arima*, ab *Aram*; ſic ſpecialius à parte illa, in qua ſtetit *Arca*, & ſubjecta ei *planitie*,

Pars II. eſt

* Parag. 39. h. c. pag. 151.

eſt eidem datum ; quod ſucceſſû temporum, toti Armeniorum Terræ commune factum. Hinc jam ſi quis velit *Ararat*, exponere *Maledictionem*, hoc quidem aliquomodo ei concedetur ; at non primariò ac directè ex illa vî verbi ארר. quâ *maledicere* Hebræis notat ; ſed tantùm ex conſequenti, quà tàm periculoſa *exundatio* aquarum, eſt *Maledictio*, h. e. Pœna graviſſima à Deo. Ceteroquin, derivationem illam, quâ aliqui τὸ *Ararat*, ex duobus verbis, nempe ארר, (*Arar*,) Maledicere, & רטט, (*Retat*,) Tremere, putant coaluiſſe, ex iisque exponendum eſſe, quaſi ſit *Maledictio tremoris* ; doctis excutiendam relinquo, annon ſit coacta, imò & inanis ; cum adhuc quæri hîc poſſit, quid in hoc argumento deſignet, ad illuſtrandum Ararat, *Maledictio tremoris ?* Ego quidem ſecurus ſum, me in ſuperioribus explicationem ejus ultrò fluentem, reique convenientem dediſſe, quam cuilibet alteri coactæ præfero. Neque videtur ullum aptius Monti conſiſtentis poſt diluvium arcæ, & proximo campo, dari potuisſe nomen ab antiquis, quàm quod ſuâ ſignificatione ſimul etiam memoriam diluvii revocaret. Fuiſſe verò olim celebrem inter Scythas *diluvii* illius memoriam, variis licet ſucceſſû temporum commentis interpolatam, ex *Trogo* ‡ Pompejo per *Juſtinum* diſcere poſſumus:

‡ Floruit Trogus P. annis ante nat. Ch. 27.

mus: ubi Juſtinus, hunc in modum *Scythas* adverſus Ægyptios diſceptantes introducit: *f. Si omnes* QUONDAM *Terræ* SUBMERSÆ *profundo fuerunt; profectò* EDITISSIMAM QUAMQUE PARTEM, DECURRENTIBUS AQUIS PRIMUM DETECTAM; *humilimo autem ſolo eandem aquam diutiſſimè immoratam: & quanto prior quæque pars terrarum ſiccata ſit, tanto priùs animalia generare cœpiſſe. Porrò Scythiam adeò* EDITIOREM *omnibus terris eſſe, ut cuncta flumina ibi nata, in Mæotim, tum deinde in Ponticum & Ægyptium mare decurrant.* Editiorem terris omnibus Scythiam inde fabulantur, quia à majoribus ſuis acceperant, montes *Tauri* & *Caucaſi*, antiquiſſimæ *Scythiæ* accenſitos, omnium montium eſſe altiſſimos. Pariter veritatis rei obliti fabuloſè ajunt, omnia *flumina* in *Scythia* eſſe *nata*; quia nimirùm in Tractû montium *Tauri*, in Aramea Scythica, cœpere primùm diſtinctiones fluminum & aliarum aquarum ceſſante diluvio, apparere hominibus, in arca ibi ſervatis. Huc refero illud etiam Diodori Siculi: * Οἱ δὲ Σαμοθρᾷκες ἱστοροῦσι, πρὸ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις γενομένων κατακλυσμῶν ἕτερον ἐκεῖ μέγαν γενέσθαι. &c. *Samothraces* inquit, *referunt*, (ſcilicet veteres *Samothraciæ* olim *Samos* h. e. *Szamos* dictæ, Scythici gene-

 ris

f. Juſtin. Hiſt. Lib. 2. c. 1. Floruit hic Juſtinus, ann. D. 141. *Hiſt. Lib. 5. p. 322. ed. Han.

ris incolæ,) *ante omnia reliquarum Nationum diluvia, ingens aliud apud ſe inundaſſe, primâ irruptione per Cyanearum oſtium, altera per Helleſpontum factâ. Ponti enim pelagus* (ajunt) *ad modum ſtagni ſe habens, usque adeò ab ingredientibus fluviis repletum fuit, ut nimiâ aquarum mole oneratum, in Helleſpontum ſeſe evacuaret: ubi magnam Aſiæ partem maritimæ ſubmerſit; nec pauca in campeſtribus Samothraciæ oris fluctibus maris oppreſſit. Idcircò poſteris temporibus piſcatorum nonnulli, lapidea* † *columnarum capita retibus extraxere, urbium aquis obrutarum* indicia. *Superſtites autem ad editiora inſulæ loca perfugiſſe tradunt.* Videmus in his particulare quodpiam diluvium in Samothracia & Græcia, exaggerari ex antiquiſſimo illo & univerſali *diluvio* Noachico, & huic propriam ſupra omnia diluvia antiquitatem, particulari illi tribui: quod ex memoria magni & antiqui illius diluvii in poſteritate demùm obſcuratâ proveniſſe, ambigi non poteſt. Ita pariter, ne miremur quòd in Theſſalia *diluvium* Deucalioneum, Noachico annis circiter 786. recentius, adeò fuerit celebratum. *Scythæ* enim antiquiſſimi Theſſaliæ incolæ, ex tractû *Ararat* eò profecti, memoriam Diluvii Noachici, cum recentioris & particularis cujusdam exundationis

† Huic affine eſt, quod Vulgus de ædificiorum eacuminibus, in Palude Pannoniæ, *Balaton*, aliquando inventis, narrat.

nis deſcriptione confuderunt: Græci verò poſt eos, multò magis eam ſuis ſigmentis interpolarunt.

LXVIII. Poſt Ararat & Armeniam, ſuccedat *Araxes*, nomen celeberrimi Armeniæ fluvii; juxta quem antiquiſſimos *Scythas* noſtros majores primùm reſediſſe, jam ex Diodoro Siculo & Herodoto *s.* docuimus. Deduco hoc nomen, à noſtro *Harag*, h. e. Ira; cujus radicem ſupra *t.* dedimus. Nimirùm, vel addo ei voculam Hungaricam *Szeſz*, minutum quippiam (uti ſunt particulæ aeris aceti in nares aſcendentes, vel etiam, Flocci,) ſignificans, à rad. סַסָּא, (*Szaſza*,) Ariſta, vel Tinea Hebræis, ut ſit compoſitum *Haragſzeſz*; h. e. Iracundum quippiam. Parvum nempe ortu, ſed *Iracundum* in proceſſu. Vel potiùs dico, *Araxen* idem tantum noſtris fuiſſe, quod *Haragszi*, (h. e. Iracundus, a, um,) ad formam, *Jádzi* (pro *J tékos*,) h. e. Jocoſus, Lúdibundus, à *Jádzik*, Ludit, & *Aluſzi*, (pro Aluſzékony,) h. e. *Somnolentus*, ab *Aluſzik*, Dormit. Etſi enim hodie non eſt (meo ſaltem ſcitû) in uſû apud nos τὸ *Harag-ſzi*, pro *Haragos*, h. e. Iracundo; rectè tamen poterat olim eſſe ad formam memoratorum exemplorum; nempe ut *Jádzi* à *Jádzik*, ſic *Haragſzi* ab *Haragſzik*, (Iraſcitur,) abjectô *k*, formatur. Ei poſtquam Græci ter-

s. Supr. Part. I. p. 6. & 7. *t.* Part. I. p. 303.

minalem ſuam literam σ addiderunt, ſublatâ more ſuo in principio aſpiratione, factum eſt inde Ἀράξης, h. e. *Araxes* ſive *Araxis*, ut utrumque ſonum η in fine permittit. In medio nimirum, una Græcorum litera ξ, id exprimit, quod duæ noſtræ, *Gimel* & *Samech*. Ita jam in Scythia quoque obſervavimus, † nomen fluvii ejusdem radicis, nempe Græcis Ἀράγος, nobis vero *Haragos*. Ejuſdem etiam eſſe fontis puto τὸ *Harax*, nomen fluvii in finibus Medorum & Perſarum, apud Ammianum. *u*. Ratio autem nominis *Araxes* (ab *Harag*, h. e. Ira,) perſpicua eſt; eò quod eſt *impetuoſus*, ac periculoſus: ob idque vocat eum Æſchylus *x*. ὑβριστὴν ποταμὸν, *injurioſum fluvium*. Atque huc facere videtur etiam, quòd olim in Theſſalia quoque, Sede Deucalionis, fluvius quidam alio nomine *Peneus*, dictus fuit *Araxes*, *y*. *eò quod* ſuo vehementi & violento curſu, *Oſſam ab Olympo abrupiſſet*, per *Tempe* ſe proripiens. Non ignoro quidem Græcos more ſuo hîc etiam quæſiviſſe verbum aliquod Græcum, ex quo ob hujuſmodi violentiam nomen *Araxis* deducerent; videlicet, ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν, *amputare*, *pulſare*, ut videre eſt apud *Scholiaſten* z. Æſchyli; eò quòd *effundat*, ut

† Supr. Parag. 51. h. c. *u*. Lib. 23. p. 271. ed. Hamb. *x*. In Prometheo Vinct. v. 716. *y*. Hanc rationem nominis invenies apud Strabon. Lib. 11.

z. In Promet. Vincto, ad v. 716. Ἄραξις λέγεται παρὰ τὸ ἀράσσειν καὶ ἠχεῖν τῷ κύματι αὐτοῦ. *Araxis* (in-

ut ille loquitur, *ſuos fluctus*. Verùm, præterquam quòd *τὸ amputare* vel *ejicere fluctus*, minus eſt quam *injurioſum*; h. e. inſolentem ac periculoſum eſſe inexpertis, cum illud etiam parvis fluentis commune ſit tunc, dum adventitiis aquis onerata, coguntur ejicere ſuas aquas in campos & agros; hoc ego meritò quæro, quô jure audent Græci, antiquiſſimum illud fluvii nomen è ſuo fonte deducere, quod nunquam impoſuerunt? An enim æquè legitur antiquiſſimos Græcorum ad *Araxen* Armeniæ ſedes quondam habuiſſe; ſicut id legitur de Scythis? Annon etiam Theſſaliam, ubi alter *Araxes*, priùs Barbari ceu Domini, quàm Græci incoluerunt? Si quis Perſiæ *Araxen* mihi objiciat, facilè is perſpicere poteſt, quid reſpondendum mihi ſit, non ignoranti tot antiquiſſimorum Scytharum migrationes & colonias; ita ut non aberrabimus à verò, ſi etiam *Perſas* ſtrictè ſic dictos, *Scytharum* dicamus eſſe progeniem; *Elamitis* mixtam. Nec ſolùm ad Perſas usque, ſed & ultra eos penetrârunt ſuis olim propaginibus noſtri Scythæ, à quibus eſt etiam *τὸ Mogor* & *a. Mogores*, (nempe à *Magyar*, vel *Magar*, quod ſupra *b.* de *Megaris* Indiæ, cogitationes meas planè fugit,) nomen Populi celeberrimi, (nunc ſub Magnæ

Pars II. Tar-

quit) *dicitur ab amputandis & effundendis fluctibus ſuis a*. De his vid. Cluver. & alios. *b.* Part. I. c. 9, pag. 355, 356.

Tartariæ Chamo,) in Boreali parte Indiæ, cujus Rex dicitur *Magnus Mogor*. Porrò quod *Araxes* Armeniæ olim dictus fuit etiam c. Ἄλμος, h. e. *Halmos*, id quoque Hungaricum eſt, ſignificans *Colles habentem*: nempe vel Metaphoricè à fluctibus eminentibus, vel à circumjacentibus quibusdam collibus ita potuit dici.

LXIX. Reditum jam in circuitu paranti, ipſum circuitûs centrum, *Euxinus* nempe, ad conſiderandum occurrat. Nomen *Euxini*, quod olim Ἄξενος *Axenos* dictum fuiſſe ob inhoſpitalitatem accolarum Græci fabulantur, non ab *Aſcenaz* d. ego peto, cum ſine coactis ac duris ambagibus neutrum illud nomen ab *Aſcenaz* exſculpi queat; ſed ab *'Eg-ſzin*, & *'Eg-ſzinii*, vel *'Eg-ſziniis*; h. e. Cœlum colore referens. Poſtremi membri radix e ſuperioribus † patet. *'Eg* autem h. e. *Cœlum*, venit vel ab עוג, (Ug,) *Circulum ducere*; vel potius ab הגא, (Egga,) *Ardere*, *Splendere*, *Rutilare*, Arabibus; unde & nobis *'Eg*, verbaliter idem eſt, quod *Ardet*. Hoc tum *Euxino* tùm *Axeno*, ſono ſuo reſpondet. Nam cultiores quidem apud nos pronuntiant *'Eg* cum accentu acuto, ac ſi eſſet *é* dimidià ſui parte *i*; verum multi è Vulgo in hunc uſque diem

 pro-

c. Ortel. ex Plutarcho, in Theſ. Geogr. d. Sic Bochart. Geogr. Sac. Part. 1. lib. 3. c. 9. † Part. 1. p. 298. e. Vid. Lex. Arab. Golii. col. 25, 26.

pronuntiant illud, ac ſi eſſet dimidia parte *a*, (uti Angli *a* ſimplex pronuntiant,) quaſi ſcriptum eſſet *Eág*, vel *Aég*. Imo in Accuſ. ſingul. & in omnibus Plural. numeri Caſibus, ſinguli illud initiale *E*, pronuntiamus quaſi eſſet mixti ſoni cum *A*. Ratio autem hujusmodi nominis eſt manifeſta; quòd nempe aquæ Ponti *Euxini*, *colore* ſuo plus quàm ullæ aliæ aquæ in eum influentes, *Cælum referrent*, ut is color nulli magis colori ſimilis eſſet, quàm *Cæli* faciei. Non ignoro quidem Ovidium hujusmodi ſcripſiſſe verſus, *Euxini* colorem non obſcurè nobis pandentes:

f. Quin etiam Stagno ſimilis, pigræque Paludi;
CÆRULEUS VIX EST, diluiturq́ʒ color:

Verùm reſpondeo; Primò, non negat in his Ovidius ſimpliciter, Euxinum eſſe *Cæruleum*; ſed tantùm dicit *Cæruleum V I X eſſe*, illicò ſubjiciens, *Dilui* ejus *colorem*, ex Cæruleo ſcilicet, & Paluſtri ſeu quodammodo albicante colore, qualis eſt Paludum, vel Stagnorum. Innuit ergò participare eum ex *cæruleo* etiam, niſi quod perfectè cæruleus non eſt, nec etiam aliis Maribus colore planè ſimilis. Secundò ſciendum eſt, genuinum colorem *Cæli* faciei ſimilem, quem nos *'Eg-ſzin* vel *'Eg-ſzinii* dicimus, minimè eundem per omnia eſſe cum eo, qui jam Vulgò, tum in uſu, tum apud Scriptores, *Cæruæus* (quaſi *Cælureus*,)

 dici-

f. De Ponto Lib. 4. Eleg. 10.

dicitur; Belgis nempe *Blauw*, Anglis & Gallis *Blew*, & *Bleue*, à Germanico *Blaw*, Græcis Κυάνεος, nobis autem *Kék*; ſed eſſe eô longe dilutiorem & clariorem: ut vel ſaltem ex pictura illâ, quâ Cœli faciem Pictores repræſentant, patere poteſt. Inſuper his addendum, quod *Cœli* latiùs ſumpti *color*; (ſeu *Cœleſtinus* ut ita loquar,) non per omnia uniformis eſt; ſed ratione diverſarum Cœli facierum, mutatur. Ut itaque ſub benigniori Cœlo ad albedinem quodammodo *Euxini* color vergit, cauſantibus etiam multis fluviis in eum ſeſe exonerantibus, hanc coloris ejus dilutionem, ut Paludi potiùs, quam ceteris Maribus colore ſit ſimilis; ſic ubi *g*. *Cœlum* eſt *caliginoſum*, etiam *Euxini* color alius eſt, obſcurior nimirum; ob idque *Mare nigrum*, jam ab olim dictum. At omnes ut videmus ejus varietates, præcipuè pendent à Cœli facie; ut omnimodè maneat verum, rectè antiquiſſimis temporibus, Pontum *Euxinum*, ab ejus accolis, iis præſertim, qui non cum aliis Maribus, (quæ cum tempore eis videre contigit,) ſed cum fluviis circumcirca in eum delabentibus, *Pontum* compararunt, vocatum fuiſſe, *Eg-ſzinü*, vel *Eg-ſzinüs*, h. e. Cœlum colore referentem. Hoc enim epitheton latiori ſenſû, in ſe comprehendit, tum dilutiorem, tum obſcuriorem illum colorem, quem à di-

g. Vid. Stuck. in Peripl. Ponti Euxin. Arrian. & Hofman. in Lexic. Univ.

verſa Cœli facie, mare acquirit. Fuiſſe autem olim tale *Euxini* epitheton, facilè colligimus ex communi maris apud veteres Græcos Poëtas Heſiodum † & Homerum * epitheto; dum id vocant, ἰοειδέα πόντον, *ſubnigrum Pontum*, vel *Purpureum Pontum*; imò vertit alibi Æmilius Portus ‡ in Homero, *Pontum cæruleum*: quod ſine dubio ab Euxini ut Maris olim notioris colore, (etiamſi is paulo diverſus ſit quam aliorum marium,) fuit primitùs deſumptum. Imò quod propiùs huc facit, eſt etiam bujusmodi phraſis apud Heſiodum: † ἠεροειδεῖ πόντῳ, h. e. *Aëreæ formæ ponto*; vel *aëream faciem referenti Ponto*. Atqui *aër* etiam Cœlum eſt, ſeu pars Cœli. Nihil verò nos morari debet, quòd Græci fingant, olim *Axenon*, ob inhoſpitales & truculentos accolas, deinde verò, iis per Græcos ad civiliores ut volunt mores traductis, *Euxinum*, (h. e. Benè-hoſpitalem,) fuiſſe dictum. Nam præterquàm quòd falluntur tum in hoc, quòd ſupponunt antiquiſſimis temporibus, quò magis ad Noachica aſcenditur tempora, fuiſſe homines truculentiores circa *Pontum*, quàm ex quo Græci idiomate ſuo εὔξεινον cœperunt eum vocare; tum, quod jactant poſt natum hoc nomen imò cum nomine ipſo, illicò mitiores

† In Theog. v. 845. conf. Ἡμερ. v. 53. * Iliad. α. & Odyſſ. ι. ‡ Loc. cit. in Odyſſ. † In Theogon. v. 252.

tiores & cultiores evaſiſſe ejus paſſim accolas; (cum adhuc Herodoti *h.* tempore, cui non novum eſt nomen εὔξεινος, non conſtat eos fuiſſe benigniores & mitiores, quàm anteà:) quis neſcit, quàm prompti fuere jam ab olim Græci, fingere ex ſuo nomina rebus, ſono veris quodammodo ſimilia, quibus eorum majores radicata & vera nunquam impoſuerunt, nec imponere potuerunt, eò quod alii quàm ipſi rerum ac locorum ejusmodi, priùs Domini vel accolæ fuerint, ſicut hoc de *Euxino* conſtat?

LXX. Porrò cum & in *Scythia* *i.* fluvius olim dictus fuerit *Pontus*; absque dubio non à Græcis hoc nomen *Scythæ* emendicàrunt, ſed ſibi domeſticum habuerunt. Unde *Euxino* etiam ut cujus antiquiſſimi accolæ ipſi circumcirca eſſent, illud ipſum nomen, non alii quam ipſi impoſuiſſe cenſendi ſunt. Sicut nempe à colore dixerunt eum *'Eg-ſzinü*, ſic ob aliam rationem mox dicendam, *Ponti* nomine, ſuo idiomati accommodato, inſigniverunt. Et ſanè multis modis nos è noſtro idiomate, hoc nomen aut ſimile formare poſſumus; cum Græci *k.* ne quidem ſemel ex fundamento hoc

h. Lege Herod. Lib. 4. *i.* Vid. Ortel. ex Galen. & Ariſtot. in Theſ. Geogr. *k.* Varias & vanas nominis *Ponti*, è Græco, v. gr. ἀπὸ τȣ͂ πόνȣ, ἀπὸ τȣ͂ ποντίζειν, (quod tamen eſt ἀπὸ τȣ͂ πόντȣ,) vel quaſi eſſet πνοτὸς, à ventis, derivationes, vide apud *Stuck.* in Peripl. Pont. Eux. pag. 5.

nomen nobis à ſe explicabunt. Si enim quæro Græcum, quid eſt πόντ☉ ex ſua origine? non ſufficit mihi dicere eſſe *Mare*: nunquam enim probabunt, hoc ex prima ſuî impoſitione ſignificare *Mare*; præſertim cum ipſi habeant adhuc alia vocabula, quibus *mare* poſſint exprimere. Jure itaque quæro, quid ex primâ impoſitione hoc ſignificet, & quâ ratione *Mare* poſſit ſignificare? Quod cum ipſi expedire non poſſint, aut ſaltem alii meliùs hoc quàm ipſi præſtare queant, concedant neceſſe eſt aliis veram hujus vocis originem. Dicò itaque primò; nomen Πόντ☉ (Pontos) magnam ſuo ſono ac formâ cum idiomate Hungarico conformitatem habere, ſequentia oſtendunt; v. gr. *Pontos*, hoc eſt Centrum, punctum, vel minutum quid habens: *Fontos*; h. e. Ponderoſum quid, vel magni momenti: item, *Pántos*; h. e. Juncturâ firmatum; vel etiam, Litigioſum: quibus adde, *Bontós*, h. e. Reſolvendo mutans, deſtruens; & *Bántós*, h. e. Impediens; quorum aliquo poterat fortè Poſſeſſor aliquis Tractûs Maris illius denominari. Verùm miſſis his alluſionibus; dico ſecundò, (donec clarius hîc & certius quid videam,) valde probabile eſſe, olim *Scythis*, utpote accolis Ponti, nomen hoc dictum fuiſſe à Piſce quodam, *Pontyó* & *Ponty*, noſtris nominato: qui licet mutato ab Italis vocabulo, quòd aliud celebritati ejus congruens non

 occur-

occurreret, *Carpio* apud nos Latinè vocetur, non eſſe tamen *Carpionem* illum, qui deſcribitur ab Authoribus, quòd *l. pedem* longitudine *excedere nunquam ſit viſum*, & quòd *m. carnem rubicundam* inſtar *Salmonis* habeat, ipſa experientia, & majoris de noſtro *Pontyóne* longitudinis, & carnis albedinis teſtis, docet. Huc facit, quòd iidem Authores tradunt *n. Carpionem* tantùm in lacu *Benaco* Italiæ naſci; item, *parvas* eum habere *ſquamas*, & *ſpinam in capite geſtare*, quaſi *veneno tinctam*. Suppono autem hîc, (ut ſtatim indicabitur,) celebrem quempiam *Ponti* piſcem, olim à noſtris vocatum fuiſſe, *Ponty*, ſive *Pontyó*. Jam verò à *Pontyó* addito *s* in fine, fit nobis adjectivum, *Pontyós*, h. e. *Pontyónes habens*, vel *Pontyónibus abundans*; ubi *y*, facillimè, apud Græcos præſertim, evanuit, eò quod tantùm uſum emollitionis hîc habeat. A *Ponty* autem, additâ voce *Tó*, fit *Ponty-Tó*; h. e. Pontyónum Lacus. Hîc etiam pari ratione *y*, evaneſcere, & *t* prius, ob concurſum cum alio *t*, elidi potuit, ut diceretur *Pontó*. Cur *Lacus* potuerit dici, veteres *o.* docent; atque id

l. Bellonius & Rondeletius apud Geſner. de Aquatilib. p. 218. Quod Geſnerus ſubjicit ſe vidiſſe 4. aut 5 palmorum, extraordinarium videtur.
m. Ibid. Geſner. p. 219. & Rondel. ibid. p. 218.
n. Ibid. *o.* Vid. Diod. Sic. Lib. 5. p. 322. Item, Ovid. in alleg. ſup. vers. & conf. Caſaub. in Strab. Lib. 1. Comment. p. 32.

noſtrum quoque *Tó*, (ſeu *Toó*,) ex ſua origine (à תחח,) permittit. Etſi verò, hîc quoque *s* facilè à Græcis ad *τὸ Pontó* potuerit addi, ut inde fieret *Pontos*; exiſtimo tamen noſtros, frequentiùs dixiſſe hoc mare ſimplici adjectivô *Pontyós*; quam voce compoſitâ *Ponyt-tó*. Nam & à *Ponyt*, alterius ſynonimó, addito *os* in fine, fit pariter (at jam ultimâ brevî,) adjectivum more noſtro, *Pontyos*, idem quod *Pontyós*, (ultimâ longâ) ſignificans: quod ut jam dixi, evaneſcente *y*, factum eſt *Pontos*; quod Græci à noſtris mutuatum, in ſuum uſum converterunt. Atque hoc nomen tale eſt, quod non ſolum mari, ſed & perſonis, *p*. ob poſſeſſionem *Pontyónum*, vel grati eorundem hoſpitii, ac etiam fluvio, his piſcibus abundanti, v. gr. *Scythico* illi jam memorato, rectè potuit tribui. Valde etiam ſuſpicor, annon fluvius *Scythiæ* Europææ, in Boſporum Cimmerium ſe exonerans, nomine *παντικάπης*, *q*. (*Panticapes*,) à quo *r*. Urbs *Panticapæum*, ab eodem piſce nomen traxerit, ut ſit noſtris, vel *Ponty-Kapó*, h. e. Pontyónes amans, captans, vel in ſe alliciens, ſcil. è proxima Mæotide; vel *Ponty-Kapu*; h. e. Pontyónum Porta. Quod ſufficiat obiter indicaſſe.

p. Vide hoc nomen de perſona apud Apollod. Lib. 1. & apud Stuck. in Peripl. Pont. Eux. p. 5. de Neptuni filio. *q*. Herod. Lib. 4. *r*. Steph. de Urbib. in voc. *παντικάπαιον*.

LXXI. Verùm non me latet, dubitari hîc poſſe, num olim aliquis, & quisnam celebris *in Ponto* piſcis, potuerit Scythis *Ponty* vel *Pontyó* nominari? Verùm, non dubitabit is, qui attentè conſideraverit, (1.) nominum hujusmodi ſignificationem facilè cum tempore mutari, mutatis præſertim populi ſedibus; cum & Vulgus proclive ad hoc ſit, ut aliquomodo ſimilibus idem nomen imponat. Lege *Geſnerum*, & apud eundem *Rondeletium* & *Bellonium* de Aquatilibus, diſces inde, quàm variè à variis piſcium nomina mutentur, vel uſurpentur. Sic *Galli* Narbonenſes cum Provincianis, & *Itali*, referente Rondeletio, piſciculum quendam, (*Trichiam*,) vocant *Sarde*, quod eſt *Sarda*; cum tamen *Sarda* (eodem cum aliis docente,) propriè ſit piſcis magnus è *Pelamydum* genere. (2.) Eſſe piſcem in Ponto celebrem, *Pelamydem* nempe, (cujus præcipuus ortus *ſ.* eſt è Mæotide, educatio verò in Ponto,) noſtro *Pontyóni*, tribus in rebus, nominis identitatem cauſare valentibus, comparandum. Eſt nimirum *Pontyó* ſeu Carpio Hungaricus, inter delicatiores multorum Hungarorum cibos, utpote boni ſaporis; eſt naturâ fœcundiſſimus, ob idque ubertim ad manus piſcatorum provenit; denique, cœnoſis locis delectatur. Atqui hæc omnia etiam *s.*

ſ. Strab. Lib. 7. *s.* De Pelamydum ubertate in Ponto, lege Strab. Lib. 7. & præcipuè Gyllium,

Pelamydi competunt, quamvis nolim dicere ſaporem hujus & illius per omnia eundem eſſe. Cœni inprimis ſeu limi amor, adeò peculiaris eſt *Pelamydibus*, ut Plutarcho excepto, Græci ejus etymon a luto *t.* (*παρὰ τὸ ἐν πηλῷ μύειν, eò quod in luto moretur,*) deducant. Præterea cum *Pelamys* ſit quaſi *genus*, *u.* quod varios ſuî notione piſces comprehendat, nulla penitùs ratio obſtat, quò minùs olim Scythæ præcipuum ex iis, qui nempe dicto piſci Hungarico, in memoratis rebus plusquam alter ſimilis eſſet, *Ponty* vel *Pontyó* vocaverint. Atque hanc eandem inprimis celebritatis utriusque ſimilitudinem cauſaſſe puto, quòd noſtri majores, *Pontyónis* marini vel lacuſtris nomen, etiam ad fluviatilem illum piſcem jam memoratum, tranſtulerint. Cujus rei veſtigium eſſe videtur, quod aliqui diminutivo *Potyka*, (quaſi *Pontyka*,) exprimunt id ipſum, quod alii dicunt *Ponty* vel *Pontyó*; quaſi minor hic eſſe illô marinô, innueretur. Eſſe verò, & fuiſſe ab olim Pontum pelamydibus celebrem, non dubitabit ille, qui Strabonem, & Gyllium de Boſporo Thracio legerit. Sic itaque jam habemus ut reor, veram nominis *Ponti* originem à *Pontyónum* (ſeu Græc. Pelamydum,) copia detectam: quod

de Boſp. Thrac. p. (mihi) 13, 14. De ſapore jucundo, Geſner. p. 1157. *t.* Geſner. de Aquatil. p. 1154, 1155. *u.* Rondelet. apud Geſner. de Aquat. p. 1149.

nomen Græci, parùm de primæva ejus ſignificatione ſolliciti, à mari Pontico, etiam ad alia maria denominanda, (eò quod *Pontus* † præ aliis eſſet ipſis notior,) temporum decurſû tranſtulerunt. Regio verò quæpiam in Aſia minore, rectè ab ipſis Scythis poterat à mari *Pontico* nominari *Pontyos*, h. e. *Pontos*, quæ nimirum eâ parte adjaceret mari, quâ proventus piſcium memoratorûm eſſet uberior. Atqui hæc regio eſt ea ipſiſſima, quæ vocatur *Pontus*, docente Strabone, illic eſſe *ſpecioſiorem Pelamydum* Ponti *piſcationem*, *ſimul & ſalſamentariam*, ubi *propiùs ad Sinopen*, celeberrimam nimirùm *Ponti* Urbem, *acceſſerint*. Radicem *τȣ̃ Ponty* ſi quis quærat; non dubito olim fuiſſe verbum aut nomen aliquod apud Orientales, ſub literis פנט, (Panat;) quod *occurſum*, *obventum* & *proventum* ſignificaret: unde Rabbinis, פֵּנְטִי, (Ponti,) *Occurſus*. Hinc, quia ſingularis & eximius quidam *proventus* eſſet è memorato piſcium genere, congruè illud poterat *κατ᾽ ἐξοχὴν* denominari פונטי, *Ponty*, vel *Pontyó*, h. e. *Proventus*, vel *Occurſus* deſideratus piſcium: eodem videlicet modo, quo noſtri *Butyrum* vocant *Vaj*, (quod tamen ſcriptum *Whay*, ignobiliori ſenſû, Anglis *ſerum lactis* ſignificat,) ab Hebræo בוא, (Vo,) *Venire*, *provenire*; unde Hebr. ביאה, (Bija, vel Via,) *Introi-*

† Strab. Lib. I.

tus, & תבואה, (Thebua,) *Proventus*. Ex hoc eodem fonte manaſſe reor, quòd Pago cuidam Hungarico, nomen ſit *Vaja*. Propiùs verò ad *Ponty*, ac *Pontyó*, puto nomen duorum etiam Pagorum in Comitatu Gömörienſi, quòd eſt *Panyit*, ex eadem cum *Ponty* radice ſic à veteribus dictum eſſe, fortè quòd Domini eorum terreſtres, eximium aliquem ex iis *proventum* habuiſſent. Eſt porrò quibusdam inter nos in uſu etiam *Putt*, (quod aliis noſtrûm *Putton*,) h. e. *Vas* quoddam *oblongum* ac per hoc *profundum*: quod ex vi radicis פות ſive פוט, (Put,) *Cavum* quid ſignificat. (Unde etiam Belg. *Pot*, *Put*, & Lat. *Puteus*,) Inde nobis adject. *Puttos*, h. e. Habens vas illud; vel in genere, Habens cavitatem. Hoc item more Chaldæorum, (tranſeunte *Dages* in *Nun*,) dici potuit *Puntos*; & inde *Pontos*: quò profunda cavitas alvei maris ſignificaretur. Volui hoc uberioris tantùm causâ lucis hîc referre. Hinc fortè etiam τὸ *Ægyptus*, quà primitùs fluvii *Nili* ‡ erat nomen, dictum eſt, quaſi *Egi-Put*, h. e. Cœleſte Vas, vel, Cœleſtis Alveus; ſive ob ignotas olim exundationis ejus cauſas, ſive quod vicem Cœleſtium imbrium expleret. Unde Homero dicitur, is qui jam Nilus, * Αἴγυπτος διιπετὴς πο-

‡ Ita apud Homer. Odyſſ. 4. Diod. Lib. I. p. 17. Conf. Th. de Pined. in Steph. ad voc. Νεῖλος.

* Odyſſ. 4. v. 477.

ποταμὸς, *Ægyptus*, *à Jove delapſus fluvius.* Atque hinc, (ab *'Egi-put*,) Regio formâ adjectivâ, *'Egi-puttos*, (ſeu *'Egi-putos*, & contractè *'Egiptos*,) h.e. Habens Cœleſtem alveum, rectè potuit dici. Sed hæc obiter, occaſione nominis *Ponti*. Ea hîc producta ſunt, quæ docent, non debere nos, ad τὸ בטנא, † *Botna*, *Botno*, (h. e. *Piſtacium*, *avellana*,) pro etymo *Ponti* excurrere.

LXXII. *Ellaſar*, quod in Vulgata verſione *Pontus* vertitur, (nec etiam ſine fundamento, ut primo harum Originum capite *x.* innuimus;) ultrò citroque expenſum & examinatum, non aliud ex Orientalium penu hactenùs videtur mihi eſſe, ut revera certæ rei nomen hoc apprimè congruat, quàm *'Alló-ſár*; h. e. Stans, fixum, ſeu *ſtagnans lutum*; quod nempe in eo loco, *lutum* perpetuò durans eſſet, ſuumque baratrum haberet. De Ponto, ratio hujus nominis perſpicua dari poteſt è Scriptoribus. Nam licet ad Phaſin, *Colchicum Euxini littus* ſit *arenoſum*, & in Tractu quoque *Thermodontis*, luto careat; alibi tamen, ut *ad Salmydeſſum*, ad *Iſtri* oſtia, *& ad Scytharum deſerta*, teſtibus non ſolùm Stratone, *y.* & Eratoſthene, ſed & Strabone haud refragante, eſt *cœnoſum*; quod Strato & Eratoſthenes indicio eſſe voluerunt, olim Euxinum,

† Boch. Chan. l. 1. c. 10. *x.* Vid. Part. I. p. 45.
y. Apud Strabon. Geograph. Lib. I.

num, tanquam Paludem magnam, exitû caruiſſe, ac per hoc longè plura priùs *cœnoſa* loca habuiſſe. Ita etiam veteres *Samothraciæ* (h. e. *Sami*) incolæ, apud Diodorum, z. (ut jam *a.* notavimus;) Euxinum Pelagus Stagno cuidam comparant, quod ſucceſſû demùm temporum, *nimiâ aquarum fluviatilium mole oneratum, in Helleſpontum ſeſe evacuavit.* Quorum omnium mens eſt, olim in Ponto (velut in Lacu,) plurimum *cœni* hæſiſſe. Rectè igitur dici potuit *'Alló-ſár*, h. e. Fixum ſive ſtagnans cœnum. Radix primi membri τοῦ 'Alló, (*Stans*,) eſt mihi ſub literis אָלָה, (Alah,) ſic quidem, ut in noſtro verbo *'All*, (Stat,) ſecundâ radicalis ל per *dages* geminetur, tertia autem tanquam quieſcens abjiciatur. Quamvis autem Hebræis ſub illa radice, primariò ponantur, *Execratus eſt*, *Juravit*, *Adjuravit*, *Ejulavit*; attamen etiam τὸ *fixum eſſe*, ac *immotum ſtare*, *diù perdurare*, ſub ejus ſignificationum ambitu, apud Orientales olim, incluſum fuiſſe, docent, tum Hebræum אָלָה, (Allah,) Quercus, & אֱלוֹהַּ, (Eloah,) Deus, (quia omnis mutationis expers in æternum *ſtat* & *perdurat*,) tum verò Arabicum. אלה, Aleha, (ex eodem fonte manans,) h. e. *Juvat*, *Tutatur*; nempe quem juvat, ei *aſſiſtendo*. Atque hinc אללהו, *Allaho*, h. e. Deus, (Hebræorum τοῦ *Eloah* re-

z. Bibliot. Lib. 5. p. 322. *a.* Supr. §. 67. h. c.

ſpondens,) eò quòd ſuis in auxilium opportuno tempore *aſſiſtere* ſoleat. Eſt & aliud Arabibus verbum ſuperiori cognatum, ſed in ſenſû ſtationis otioſæ, ac per hoc vituperandæ; v. gr. אלא, (Ala,) *Intermiſit, neglexit, tardus fuit*; ſicut apud nos etiam τὸ *'All*, in deteriorem quoque partem accipitur, ut ſignificet, *Stando otiatur*. Alterum membrum (*Sár*,) eſt à rad. סאר, aliàs שאר, (*Seor*,) quod Judæis *fermentum* ſignificat. At hoc ex ſimilitudine quàm ſit cognatum *luto*, unusquisque novit; ita ut apprimè etiam *lutum*, (Sár,) ad eandem radicem reducatur. Habemus ergò jam nomen quod quæſiimus, quoad omnes ſuî radicales integrè, ſic compoſitum: אלסאר, vel אללסאר; ubi א in finali ſyllaba, aut pro matre lectionis, (præſertim ad denotandam ſyllabam longam,) retineri poteſt; aut verò tanquam quieſcens excludi, ut ſit אלסר; ipſiſſimum nomen quod in Scriptura S. invenitur. Quod hoc juxta ſignificatum à me datum, paulò diverſis in principio vocalibus, dicitur à nobis *Alló-ſár*, cum tamen juxta puncta Hebræorum ſit *Ellaſár*, nullam in re diſcrepantiam facit; ut omnibus Linguarum Orientalium peritis eſt notum. Quid, ſi olim dictum hoc eſt *'Alla-ſár?* (quod hodie nobis ſignificat, *Stabat lutum*;) eò propius acceſſit, Hebræorum lectioni. [Cognata hîc videntur tum ſono, tum ſenſû, *'Elö-ſár*, h. e.

 vivum

vivum lutum, & *Ülö-ſár*, h. e. Subſidens lutum; ſed prius hîc retineo.] Qui datam nominis originem vult impugnare, tenetur priùs (ſi poteſt) meliorem in promptu habere. Quamobrem videat benè, ne penitùs in vanum hîc laboret.

LXXIII. *Thermodon*, (Græc. θερμώδων,) nomen fluvii Cappadociæ celeberrimi, in antiquiſſima *Amazonum* patria, originem Græcam nullo modo habet; (ut poſſet aliquis primo intuitû putare, quaſi ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, à calido ortum duceret;) cum non ſolùm non potuere Græci flumini alienæ ditionis nomen dare, ſed etiam magna radicalis δ, (h. e. *d*,) circa finem obſtat, quæ hic nequaquam negligi poteſt. At verò ſi ad *Hunno-Scythici* idiomatis examen pertrahatur, illicò ex verbo *Terem*, h. e. Producitur, Provenit, item Producit, Profert; (cujus radicem geminam quoque ſupra *b*. dedimus,) originem ſuam, (adhibitâ induſtriâ,) tum nomini tum rei congruam, perſpicuè prodit. Primò, ſimplici viâ, id probari poteſt, ex Participio *Termö*, & inde rurſùs aliô Participio quaſi frequentativo, (ſeu exercitium notante,) *Termödö*; h. e. Quod *conſuevit produci*, vel *producere*, ac per hoc *ſe augere*, *multiplicare*; quod veteribus ad formam *Veſzödö*, † *Tépödö*, * benè

 pote-

b. Part. I. pag. 307. † H. e. Qui ſolet periclitari vel rixari. * Qui ſolet contendere.

poterat in uſu eſſe. Quàm facilè autem hîc ō in o potuerit tranſire, apud alienas præſertim Nationes, ultrò evidens eſt. In fine autem *n*, unde & quomodo acceſſerit, paulò pòſt patebit. Ratio hujusmodi nominis, ſi τὸ *Termödō*, paſſivè accipiamus, pro, *augeri, multiplicari*, peti poteſt ex eo, quòd *Thermodon*, ex aliis rivis ac fluentis quæ ſunt circa Themiſcyram, ſuum habet incrementum, docente Strabone. Hic enim poſtquam dixiſſet, *Themiſcyram in planitie ſitam*, ab una parte *Mari* Pontico *allui*, mox ſubjicit: *c*. *ab altera verò montanis ſubjecta, nemoroſis probè & perfluis amnium alveis, qui indidem ſcaturiunt, è quibus omnibus impletus unus fluvius, planitiem percurrit*, THERMODON *nomine*. Habemus in his fundamentum, quò hic fluvius à ſuî tam notabili *incremento* ex aliis fluentis accepto, poſſit dici paſſivè *Termödö*, eô ſenſû, quo Hungaris ſæpè in uſu eſt, hujus primitivô *Terem*, efferre, ſubitaneum vel improviſum alicujus rei ortum & incrementum. Ut dum de edulio vel potu præſente, ab ignaris ortûs eorum quæritur: *Honnat termett ez?* H. e. Unde hoc provenit. Sed & alia ratio nominis, plauſibilior quantùm video, ſtatim aperietur.

LXXIV. Secundò itaque, viâ compoſitionis, hoc nomen ex *Termö* & *Odó*, ſic dedu-

c. Strab. Geogr. Lib. 12. p. 377. ed. An. 1587.

co. *Termō* ut jam dictum, eſt Participium ex *Terem*, quod ſignificat, *Producens*, *Proferens*; quamquam aliquando etiam Paſſivè, id quid *producitur*, deſignat; ſed hîc activa ſignificatio pro ſcopo noſtro requiritur. *Odó* autem in genere ſignificat *Cavitatem* aliquam, ita ut ſecundùm vim ſuam, rectè etiam ad Petrarum *cavitates* extendatur, nîl obſtante, quod hodie vulgaris uſus ejus ſit, præcipuè in Lignorum, ac dentium, tum magnis tum parvis cavitatibus indigitandis. Radix ejus eſt, עדה, vel Arabico more עאד; (*Ada*,) quod Hebræis hodie eſt, *Tranſivit*, *Diſceſſit*, *Intercidit*; quæ licet aliquam in hoc lucem ſcopo noſtro ſubminiſtrent, quod in cavitatibus vel foraminibus corporum, eſt *partis* unius ab alia quaſi *diſceſſio* ſeu *remotio*; verùm, ſub hac radice ſignificationem etiam *excavandi*, vel *fornicis* in modum *arcuandi*, comprehenſum olim fuiſſe apud Orientales, documento ſit vox Arabica ab eodem fonte, עודן, d. (Odon,) h. e. *Teſtudo*, item, *Teſtudineum* ſeu *Fornicatum opus*. Apprimè igitur vox *Odó*, ſignificabit mihi pro ſcopo præſenti, *Cavitates* Petrarum, inſtar fornicis *arcuatas*, quales ad fontes & ripas *Thermodontis* eſſe, nunc ſtatim dicenda docebunt. Hinc jam integrum fluvii nomen exurgit, *Termō-odó*, & contractiùs propter facilem ō ante *o* eliſionem, *Term-ódó*,

Pars II. (ſive

d. Vid. Lex. Arab. Gol. col. 1665.

(ſive *Termódő*,) h. e. Fertilis Cavitas, vel Progignens Cavitas. Rationem nominis, noſtra hæc validiſſimè roborantem, en tibi asſigno. *Thermodon*, teſte Plutarcho. *e.* (ἐκαλεῖτο πρότερον κρύσταλλος. ἐκεῖνος γὰρ καὶ θέρει πήσσεται.) *Vocabatur prius Cryſtallus, quod in ipſa etiam ÆSTATE FRIGORE CONCRESCAT.* Idem docet etiam Euſthathius, ut jam annotavit ex eo Petitus. *f. Glaciales* inquit *Thermodontis ripas vocat* Dionyſius; *quia ab antiquis etiam proditum eſt, hunc fluvium ipſo æſtatis tempore GLACIARI. Unde & Cryſtallus, inquiunt, Thermodon iſte olim dictus eſt.* Non immoror hîc in eo ventilando, an *Cryſtallus*, vel *Thermodon* ſit antiquius ejus nomen. Poterat utrumque circa idem tempus naſci; ita ut unus hoc, alter illô nomine vocaret. Taceo *Kriſtály* quoque, & inde Adjectivum, *Kriſtályos*, nobis eſſe domeſtica. Illud potius his adhuc addo; quòd Dionyſius *g. circa gelidas* hujus *fluvii ripas*, κρυστάλλου καθαρὸν λίθον, *Cryſtalli NITIDUM LAPIDEM* vocat, quem illic *glaciei in modum ſecare licet.* De fonte verò hujus, Scholiaſtes Apollonii ſcribit, quòd *h.* ἐκ τῆς ἀνωτάτω πηγῆς καταντικρὺ φερόμενον τὸν θερμώδοντα, ὑψηλὴ ὑποδέχεται γῆ. *Ex ALTISSIMO fonte, ex adverſo delatum*

e. Lib. de Flumin. quem vide apud Petit. Diſſert. de Amazon. c. 28. p. 208. *f.* Loc. cit. p. 208. & 209. *g.* Vide eum apud Petit. loc. cit. *h.* In Apollon. Lib. 2. v. 980.

Thermodonta, ſublimis excipit terra. Ex his dico, *glaciem* illam etiam æſtate durantem circa ripas Thermodontis, eſſe ipſiſſimum illum *lapidem*, qui in *Cavitatibus Petrarum*, fit ex deſtillantibus ſupernè guttis aquarum, in glaciem è veſtigio induratis; ut qui priùs fuerat aqua, mox adeò gelû mediante indureſcat, ut in verum lapidem convertatur: qui nobis dicitur *Termés-kö*; quaſi dicas, *productum* vel *natum lapidem*. Quàm ſint in copia hujusmodi lapides in quibusdam Hungariæ partibus; norunt illi per experientiam, qui illic verſati ſunt. Alii verò diſcere poſſunt, ex Tractatu *de Admirandis Hungariæ aquis.* Hæc nos docent, juxta & ad ripas *Thermodontis*, imò & ad fontem ejus, ut ex *altitudine i.* ejus colligo, Petras ſeu ſaxeos eſſe montes, in quorum *Cavitatibus* ſeu *receſſibus arcuatis*, hujusmodi lapides glaciales naſcantur; atque ex hujusmodi Cavitatibus, præſertim à primaria inter eas, (fortè verſus fontes,) dictum fuiſſe olim hunc fluvium ab accolis, *Termö-odó*; h. e. *Producens Cavitas*, vel *Producens antrum*; eò quod *lapides* glaciei, vel cryſtallo ſimiles, *producat.* (Ubi interim de fluvio ſubintelligitur *Viz*, h. e. Aqua; ut ſit *Termódó-vize*, h. e. Thermodontis aqua.) Hæc ratio, ſuperiori etiam notationi ſimpliciori, *Termödö*, benè applicari poteſt. Quòd porrò Græci per *n* in

 fine,

i. Vide paulo antè Scholiaſt. Apoll. verba.

ſine, dicunt *Thermodon*; (h. e. *θερμώδων*;) id vel ipſi poterant addere; vel potius à noſtris obſervatum in obliquo, in rectum ſibi Caſum converterunt. Nam nos de fluvio, dum in eo ac ſuper eo eſſe quid ſignificamus, v. gr. de præſenti fluvio, dicimus, à *Termódón*; h. e. ad Thermodonta, item, ſuper Thermodonta; vel etiam dum ultra eum aliquid eſſe innuimus, exprimimus ſic: à *Termódón túl*, (h. e. ultra Thermodonta,) ad formam, *à Sajón*, & *à Sajón-túl*; vel *à Hernádon*, & *à Hernádon-túl*. Ita etiam dici poteſt, de ſimpliciori illo etymo: *A Termödön*, & *à Termödön túl*. Sic jam habemus (ut non dubito) veram nominis *Thermodon* originem detectam. Quod verò non ſolùm in *k. Bœotia*, ſed & in *l. Scythia* quoque fuit olim hujus nominis fluvius; nobis non obſtat, ſed potiùs pro nobis facit: ut & hoc, quòd olim, authore Scholiaſte Apollonii, *m.* hic *Amazonum* fluvius, etiam *Araxes* dictus fuerit. Quod tamen non puto vulgatum de eo fuiſſe; niſi pauciſſimi quidam, ex aliqua cum *Araxe* ſimilitudine, ita vocârint.

LXXV. *Themiſcyra*, nomen famoſiſſimæ Amazonum Urbis ad Thermodonta, pariter eſt purè Hungaricum, nempe, *Temes-Kira*;

k. Pauſan. in Bœotic. ſeu Lib. 9. pag. 570.
l. Vide Ortel. in Theſaur. Geograph. *m.* In Apollon. Lib. 2. v. 974.

Thermodonta, ſublimis excipit terra. Ex his dico, *glaciem* illam etiam æſtate durantem circa ripas Thermodontis, eſſe ipſiſſimum illum *lapidem*, qui in *Cavitatibus Petrarum*, fit ex deſtillantibus ſupernè guttis aquarum, in glaciem è veſtigio induratis; ut qui priùs fuerat aqua, mox adeò gelû mediante induреſcat, ut in verum lapidem convertatur: qui nobis dicitur *Termés-kö*; quaſi dicas, *productum* vel *natum lapidem.* Quàm ſint in copia hujusmodi lapides in quibusdam Hungariæ partibus; norunt illi per experientiam, qui illic verſati ſunt. Alii verò diſcere poſſunt, ex Tractatu *de Admirandis Hungariæ aquis.* Hæc nos docent, juxta & ad ripas *Thermodontis*, imò & ad fontem ejus, ut ex *altitudine i.* ejus colligo, Petras ſeu ſaxeos eſſe montes, in quorum *Cavitatibus* ſeu *receßibus arcuatis*, hujusmodi lapides glaciales naſcantur; atque ex hujusmodi Cavitatibus, præſertim à primaria inter eas, (fortè verſus fontes,) dictum fuiſſe olim hunc fluvium ab accolis, *Termö-odó*; h. e. *Producens Cavitas*, vel *Producens antrum*; eò quod *lapides* glaciei, vel cryſtallo ſimiles, *producat.* (Ubi interim de fluvio ſubintelligitur *Viz*, h. e. Aqua; ut ſit *Termódó-vize*, h. e. Thermodontis aqua.) Hæc ratio, ſuperiori etiam notationi ſimpliciori, *Termödö*, benè applicari poteſt. Quòd porrò Græci per *n* i
Pars II. fine

i. Vide paulo antè Scholiaſt. Apoll. verba.

fine, dicunt *Thermodon*; (h. e. *θερμώδων*,) id vel ipſi poterant addere; vel potius à noſtris obſervatum in obliquo, in rectum ſibi Caſum converterunt. Nam nos de fluvio, dum in eo ac ſuper eo eſſe quid ſignificamus, v. gr. de præſenti fluvio, dicimus, à *Termódón*; h. e. ad Thermodonta, item, ſuper Thermodonta; vel etiam dum ultra eum aliquid eſſe innuimus, exprimimus ſic: à *Termódón túl*, (h. e. ultra Thermodonta,) ad formam, *à Sajón*, & *à Sajón-túl*; vel *à Hernádon*, & *à Hernádon-túl*. Ita etiam dici poteſt, de ſimpliciori illo etymo: *A Termödön*, & *à Termödön túl*. Sic jam habemus (ut non dubito) veram nominis *Thermodon* originem detectam. Quod verò non ſolùm in *k. Bœotia*, ſed & in *l. Scythia* quoque fuit olim hujus nominis fluvius; nobis non obſtat, ſed potiùs pro nobis facit: ut & hoc, quòd olim, authore Scholiaſte Apollonii, *m.* hic *Amazonum* fluvius, etiam *Araxes* dictus fuerit. Quod tamen non puto vulgatum de eo fuiſſe; niſi pauciſſimi quidam, ex aliqua cum *Araxe* ſimilitudine, ita vocârint.

LXXV. *Themiſcyra*, nomen famoſiſſimæ Amazonum Urbis ad Thermodonta, pariter eſt purè Hungaricum, nempe, *Temes-Kira*;

k. Pauſan. in Bœotic. ſeu Lib. 9. pag. 570.
l. Vide Ortel. in Theſaur. Geograph. m. In Apollon. Lib. 2. v. 974.

quod hodie diceremus cum paragogico *ly*, *Temes-Király*; h. e. *Temes Rex* vel *Regina*; ut ſtatim explicabimus. *Temes*, quod à *Themis*, in re ipſa nihil differt, eſſe purè Hungaricum docent nos, fluvius, (*Temes*,) Arx, (*Temes-vár*,) & Comitatus, (*Temes-Vár-megye*,) hoc nomen in Hungaria gerentes: nec niſi ineptus, vel idiotiſmi noſtri penitùs ignarus, diceret hoc nobis adventitium eſſe. Etſi vero exſtat integrè tum apud Hebræos, טמס, (Tomos,) h. e. *Pars*, *Segmentum*, Græco Τόμος reſpondens; tum apud Chaldæos טְמַשׁ *Mergere*, *Immergere*; attamen conſideratò, quod Perſonis primariò hoc nomen competat; (ſicut notum eſt Hungaris, aliquot Comitatus in Hungaria, & Comitatuum primas olim ſedes, à perſonis denominari;) non dubito originem ducere à noſtro *Töm*, (& *Tömi*,) h. e. ſolidè implet; cujus radicem ſupra ‡ dedimus Hebr. תמם, (*Tamam*,) vel contractè תם, (*Tam*,) h. e. Abſolvit, Perfecit. Ex illo verbo, addito *ös*, vel *es* in fine, fit more noſtro Adjectivum *Tömös*, vel *Temes*; † (utrumque enim nobis idem;) quod ſignificat,

Pars II. *benè*

‡ Part. I. p. 307. † Similem huic formam habebis, ſi τῷ *Nemes*, præter ſupra (Part. I. p. 304.) datam ejus originem, à domeſtico *Nem*, h. e. Genus, (quod eſt a נעם, *Naam*, h. e. Jucundum eſſe,) additione *es*, formes, ut idem ſit, quòd, *Generoſus*. Poſſibile eſt etiam in Chald. נימס, ultimam literam ex antiquiſſimi uſûs paragogico na-

benè plenum, *refertum*, *ſolidatum*, & ex conſequenti, habitâ ratione fontis Hebraici, *Perfectum*; virtutibus nempe, comparatè ad alios, *plenè inſtructum.* Unde non mirum, quòd olim *Themis*, una Titanidum, dicebatur præter *n. vaticinandi artem*, θυσίας καὶ θεσμοὺς τοὺς περὶ τῶν θεῶν, *ſacrorum ritus & leges Deorum cultui inſervientes*, *primaria docuiſſe*, *& quæ ad bonam juriſdictionem ac pacis ſtudia pertinent*, *demonſtraſſe.* Quæ perſona hæc præſtare potuit, eam virtutibus *plenam*, in reſpectu aliorum aliarumque fuiſſe oportuit. Ex hoc fonte etiam eſt, quod Græci τὸ *Themis* (θέμις,) etiam appellativè uſurpant in fœm. gen. pro, *jure*, vel *lege.* Et cum hujusmodi fontem nomen hoc habeat, potuit olim æquè commune eſſe Viris ac Mulieribus, & pro cognomine ſumptum, hodie quoque pariter commune eſſet. Non dubito autem, à Viris ad Mulieres tranſiiſſe; ac fortè diſtinctionis cauſâ Græcos feciſſe, ut Mulier non *Themes* ſed *Themis* diceretur. Fuit verò præter memoratam Titanidem, etiam filia *Ili*, (à quo *Ilion*,) mater *Anchiſæ*, *o.* hoc nomine (*Themis*) vocata. Hinc jam, cum legam apud *Diodorum* Siculum, *p.* conditricem Urbis *Themiſcyræ*, fuiſſe *Reginam* quandam *Amazonum*, cujus no-

tam eſſe. *n.* Diodor. Sicul. Lib. 5. p. 335. θέμιν δὲ &c. *o.* Apoll. Lib. 3. pag. (mihi) 220. *p.* Lib. 2. Conf. Supr. Part. I. pag. 9.

num, tanquam Paludem magnam, exitû caruiſſe, ac per hoc longè plura priùs *cœnoſa* loca habuiſſe. Ita etiam veteres *Samothraciæ* (h. e. *Sami*) incolæ, apud Diodorum, z. (ut jam *a.* notavimus;) Euxinum Pelagus Stagno cuidam comparant, quod ſucceſſû demùm temporum, *nimiâ aquarum fluviatilium mole oneratum, in Helleſpontum ſeſe evacuavit.* Quorum omnium mens eſt, olim in Ponto (velut in Lacu,) plurimum *cœni* hæſiſſe. Rectè igitur dici potuit *'Alló-ſár*, h. e. Fixum ſive ſtagnans cœnum. Radix primi membri τȣ̃ 'Alló, (*Stans*,) eſt mihi ſub literis אָלָה, (Alah,) ſic quidem, ut in noſtro verbo *'All*, (Stat,) ſecundâ radicalis ל per *dageſ* geminetur, tertia autem tanquam quieſcens abjiciatur. Quamvis autem Hebræis ſub illa radice, primariò ponantur, *Execratus eſt*, *Juravit*, *Adjuravit*, *Ejulavit*; attamen etiam τὸ *fixum eſſe*, ac *immotum ſtare*, *diù perdurare*, ſub ejus ſignificationum ambitu, apud Orientales olim, incluſum fuiſſe, docent, tum Hebræum אָלָה, (Allah,) Quercus, & אֱלוֹהַּ, (Eloah,) Deus, (quia omnis mutationis expers in æternum *ſtat* & *perdurat*,) tum verò Arabicum. אלה, Aleha, (ex eodem fonte manans,) h. e. *Juvat*, *Tutatur*; nempe quem juvat, ei *aſſiſtendo*. Atque hinc אללהו, *Allaho*, h. e. Deus, (Hebræorum τȣ̃ *Eloah* re-

 ſpon-

z. Bibliot. Lib. 5. p. 322. *a.* Supr. §. 67. h. c.

ſpondens,) eò quòd ſuis in auxilium opportuno tempore *aſſiſtere* ſoleat. Eſt & aliud Arabibus verbum ſuperiori cognatum, ſed in ſenſû ſtationis otioſæ, ac per hoc vituperandæ; v. gr. אלא, (Ala,) *Intermiſit, neglexit, tardus fuit*; ſicut apud nos etiam τὸ '*All*, in deteriorem quoque partem accipitur, ut ſignificet, *Stando otiatur*. Alterum membrum (*Sár*,) eſt à rad. סאר, aliàs שאר, (*Seor*,) quod Judæis *fermentum* ſignificat. At hoc ex ſimilitudine quàm ſit cognatum *luto*, unusquisque novit; ita ut apprimè etiam *lutum*, (Sár,) ad eandem radicem reducatur. Habemus ergò jam nomen quod quæſiimus, quoad omnes ſuî radicales integrè, ſic compoſitum: אלסאר, vel אללסאר; ubi א in finali ſyllaba, aut pro matre lectionis, (præſertim ad denotandam ſyllabam longam,) retineri poteſt; aut verò tanquam quieſcens excludi, ut ſit אלסר; ipſiſſimum nomen quod in Scriptura S. invenitur. Quod hoc juxta ſignificatum à me datum, paulò diverſis in principio vocalibus, dicitur à nobis *Alló-ſár*, cum tamen juxta puncta Hebræorum ſit *Ellaſár*, nullam in re diſcrepantiam facit; ut omnibus Linguarum Orientalium peritis eſt notum. Quid, ſi olim dictum hoc eſt '*Alla-ſár*? (quod hodie nobis ſignificat, *Stabat lutum*,) eò propius acceſſit, Hebræorum lectioni. [Cognata hîc videntur tum ſono, tum ſenſû, '*Elö-ſár*, h. e.

 vivum

vivum lutum, & *Ülö-ſár*, h. e. Subſidens lutum; ſed prius hîc retineo.] Qui datam nominis originem vult impugnare, tenetur priùs (ſi poteſt) meliorem in promptu habere. Quamobrem videat benè, ne penitùs in vanum hîc laboret.

LXXIII. *Thermodon*, (Græc. θερμώδων,) nomen fluvii Cappadociæ celeberrimi, in antiquiſſima *Amazonum* patria, originem Græcam nullo modo habet; (ut poſſet aliquis primo intuitû putare, quaſi ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, à calido ortum duceret;) cum non ſolùm non potuere Græci flumini alienæ ditionis nomen dare, ſed etiam magna radicalis δ, (h. e. *d*,) circa finem obſtat, quæ hic nequaquam negligi poteſt. At verò ſi ad *Hunno-Scythici* idiomatis examen pertrahatur, illicò ex verbo *Terem*, h. e. Producitur, Provenit, item Producit, Profert; (cujus radicem geminam quoque ſupra *b.* dedimus,) originem ſuam, (adhibitâ induſtriâ,) tum nomini tum rei congruam, perſpicuè prodit. Primò, ſimplici viâ, id probari poteſt, ex Participio *Termö*, & inde rurſùs aliô Participio quaſi frequentativo, (ſeu exercitium notante,) *Termödö*; h. e. Quod *conſuevit produci*, vel *producere*, ac per hoc *ſe augere*, *multiplicare*; quod veteribus ad formam *Veſzödö*, † *Tépödö*, * benè pote-

b. Part. I. pag. 307. † H. e. Qui ſolet periclitari vel rixari. * Qui ſolet contendere.

poterat in uſu eſſe. Quàm facilè autem hîc ō in o potuerit tranſire, apud alienas præſertim Nationes, ultrò evidens eſt. In fine autem *n*, unde & quomodo acceſſerit, paulò pòſt patebit. Ratio hujuſmodi nominis, ſi τὸ *Termödö*, paſſivè accipiamus, pro, *augeri*, *multiplicari*, peti poteſt ex eo, quòd *Thermodon*, ex aliis rivis ac fluentis quæ ſunt circa Themiſcyram, ſuum habet incrementum, docente Strabone. Hic enim poſtquam dixiſſet, *Themiſcyram* in *planitie* ſitam, ab una parte *Mari* Pontico *allui*, mox ſubjicit: *c. ab altera verò montanis ſubjecta, nemoroſis probè & perfluis amnium alveis, qui indidem ſcaturiunt, è quibus omnibus impletus unus fluvius, planitiem percurrit,* THERMODON *nomine.* Habemus in his fundamentum, quô hic fluvius à ſuî tam notabili *incremento* ex aliis fluentis acceptо, poſſit dici paſſivè *Termödö*, eô ſenſû, quo Hungaris ſæpè in uſu eſt, hujus primitivô *Terem*, efferre, ſubitaneum vel improviſum alicujus rei ortum & incrementum. Ut dum de edulio vel potu præſente, ab ignaris ortûs eorum quæritur: *Honnat termett ez?* H. e. Unde hoc provenit. Sed & alia ratio nominis, plauſibilior quantùm video, ſtatim aperietur.

LXXIV. Secundò itaque, viâ compoſitionis, hoc nomen ex *Termö* & *Odó*, ſic dedu-

c. Strab. Geogr. Lib. 12. p. 377. ed. An. 1587.

co. *Termō* ut jam dictum, eſt Participium ex *Terem*, quod ſignificat, *Producens, Proferens*; quamquam aliquando etiam Paſſivè, id quid *producitur*, deſignat; ſed hîc activa ſignificatio pro ſcopo noſtro requiritur. *Odó* autem in genere ſignificat *Cavitatem* aliquam, ita ut ſecundùm vim ſuam, rectè etiam ad Petrarum *cavitates* extendatur, nîl obſtante, quod hodie vulgaris uſus ejus ſit, præcipuè in Lignorum, ac dentium, tum magnis tum parvis cavitatibus indigitandis. Radix ejus eſt, עדה, vel Arabico more עאר; (*Ada*;) quod Hebræis hodie eſt, *Tranſivit, Diſceſſit, Intercidit*; quæ licet aliquam in hoc lucem ſcopo noſtro ſubminiſtrent, quod in cavitatibus vel foraminibus corporum, eſt *partis* unius ab alia quaſi *diſceſſio* ſeu *remotio*; verùm, ſub hac radice ſignificationem etiam *excavandi*, vel *fornicis* in modum *arcúandi*, comprehenſum olim fuiſſe apud Orientales, documento ſit vox Arabica ab eodem fonte, עורן, d. (Odon,) h. e. *Teſtudo*, item *Teſtudineum* ſeu *Fornicatum opus*. Apprimè igitur vox *Odó*, ſignificabit mihi pro ſcopo præſenti, *Cavitates* Petrarum, inſtar fornicis *arcúatas*, quales ad fontes & ripas *Thermodontis* eſſe, nunc ſtatim dicenda docebunt. Hinc jam integrum fluvii nomen exurgit, *Termō-odó*, & contractiùs propter facilem ō ante *o* eliſionem, *Term-ódó*,

d. Vid. Lex. Arab. Gol. col. 1665.

(ſive *Termódó*,) h. e. Fertilis Cavitas, vel Progignens Cavitas. Rationem nominis, noſtra hæc validiſſimè roborantem, en tibi asſigno. *Thermodon*, teſte Plutarcho. *e.* (ἐκαλεῖτο πρότερον κρύσταλλος. ἐκεῖνος γὰρ καὶ θέρει πήσσεται.) *Vocabatur priùs Cryſtallus, quòd in ipſa etiam ÆSTATE FRIGORE CONCRESCAT.* Idem docet etiam Euſthathius, ut jam annotavit ex eo Petitus. *f. Glaciales inquit Thermodontis ripas vocat* Dionyſius; *quia ab antiquis etiam proditum eſt, hunc fluvium ipſo æſtatis tempore GLACIARI. Unde & Cryſtallus, inquiunt, Thermodon iſte olim dictus eſt.* Non immoror hîc in eo ventilando, an *Cryſtallus*, vel *Thermodon* ſit antiquius ejus nomen. Poterat utrumque circa idem tempus naſci; ita ut unus hôc, alter illô nomine vocaret. Taceo *Kriſtály* quoque, & inde Adjectivum, *Kriſtályos*, nobis eſſe domeſtica. Illud potius his adhuc addo; quòd Dionyſius *g. circa gelidas* huius *fluvii ripas*, κρυστάλλου καθαρὸν λίθον, *Cryſtalli NITIDUM LAPIDEM* vocat, quem illic *glaciei in modum ſecare licet.* De fonte verò huius, Scholiaſtes Apollonii ſcribit, quòd *h.* ἐκ τῆς ἀνωτάτω πηγῆς καταντικρὺ φερόμενον τὸν θερμώδοντα, ὑψηλὴ ὑποδέχεται γῆ. *Ex ALTISSIMO fonte, ex adverſo delatum*

e. Lib. de Flumin. quem vide apud Petit. Diſſert. de Amazon. c. 28. p. 208. *f.* Loc. cit. p. 208. & 209. *g.* Vide eum apud Petit. loc. cit. *h.* In Apollon. Lib. 2. v. 980.

Thermodonta, ſublimis excipit terra. Ex his dico, *glaciem* illam etiam æſtate durantem circa ripas Thermodontis, eſſe ipſiſſimum illum *lapidem*, qui in *Cavitatibus Petrarum*, fit ex deſtillantibus ſupernè guttis aquarum, in glaciem è veſtigio induratis; ut qui priùs fuerat aqua, mox adeò gelû mediante indureſcat, ut in verum lapidem convertatur: qui nobis dicitur *Termés-kö*; quaſi dicas, *productum* vel *natum lapidem.* Quàm ſint in copia hujusmodi lapides in quibusdam Hungariæ partibus; norunt illi per experientiam, qui illic verſati ſunt. Alii verò diſcere poſſunt, ex Tractatu *de Admirandis Hungariæ aquis.* Hæc nos docent, juxta & ad ripas *Thermodontis*, imò & ad fontem ejus, ut ex *altitudine i.* ejus colligo, Petras ſeu ſaxeos eſſe montes, in quorum *Cavitatibus* ſeu *receſſibus arcuatis*, hujusmodi lapides glaciales naſcantur; atque ex hujusmodi Cavitatibus, præſertim à primaria inter eas, (fortè verſus fontes,) dictum fuiſſe olim hunc fluvium ab accolis, *Termö-odó*; h. e. *Producens Cavitas*, vel *Producens antrum*; eò quod *lapides* glaciei, vel cryſtallo ſimiles, *producat.* (Ubi interim de fluvio ſubintelligitur *Viz*, h. e. Aqua; ut ſit *Termódó-vize*, h. e. Thermodontis aqua.) Hæc ratio, ſuperiori etiam notationi ſimpliciori, *Termödö*, benè applicari poteſt. Quòd porrò Græci per *n* in

 fine,

i. Vide paulo antè Scholiaſt. Apoll. verba.

ſine, dicunt *Thermodon*; (h. e. θερμώδων,) id vel ipſi poterant addere; vel potius à noſtris obſervatum in obliquo, in rectum ſibi Caſum converterunt. Nam nos de fluvio, dum in eo ac ſuper eo eſſe quid ſignificamus, v. gr. de præſenti fluvio, dicimus, à *Termódón*; h. e. ad Thermodonta, item, ſuper Thermodonta; vel etiam dum ultra eum aliquid eſſe innuimus, exprimimus ſic: à *Termódón túl*, (h. e. ultra Thermodonta,) ad formam, *à Sajón*, & *à Sajón-túl*; vel *à Hernádon*, & *à Hernádon-túl*. Ita etiam dici poteſt, de ſimpliciori illo etymo: *A Termödön*, & *à Termödön túl*. Sic jam habemus (ut non dubito) veram nominis *Thermodon* originem detectam. Quod verò non ſolùm in *k. Bœotia*, ſed & in *l. Scythia* quoque fuit olim hujus nominis fluvius; nobis non obſtat, ſed potiùs pro nobis facit: ut & hoc, quòd olim, authore Scholiaſte Apollonii, *m.* hic *Amazonum* fluvius, etiam *Araxes* dictus fuerit. Quod tamen non puto vulgatum de eo fuiſſe; niſi pauciſſimi quidam, ex aliqua cum *Araxe* ſimilitudine, ita vocârint.

LXXV. *Themiſcyra*, nomen famoſiſſimæ Amazonum Urbis ad Thermodonta, pariter eſt purè Hungaricum, nempe, *Temes-Kira*;

k. Pauſan. in Bœotic. ſeu Lib. 9. pag. 570.
l. Vide Ortel. in Theſaur. Geograph. *m.* In Apollon. Lib. 2. v. 974.

benè plenum, *refertum*, *ſolidatum*, & ex conſequenti, habitâ ratione fontis Hebraici, *Perfectum*; virtutibus nempe, comparatè ad alios, *plenè inſtructum.* Unde non mirum, quòd olim *Themis*, una Titanidum, dicebatur præter *n. vaticinandi artem*, θυσίας καὶ θεσμοὺς τοὺς περὶ τῶν θεῶν, *ſacrorum ritus & leges Deorum cultui inſervientes*, *primaria docuiſſe*, *& quæ ad bonam juriſdictionem ac pacis ſtudia pertinent*, *demonſtraſſe.* Quæ perſona hæc præſtare potuit, eam virtutibus *plenam*, in reſpectu aliorum aliarumque fuiſſe oportuit. Ex hoc fonte etiam eſt, quod Græci *τὸ Themis* (θέμις,) etiam appellativè uſurpant in fœm. gen. pro, *jure*, vel *lege.* Et cum hujusmodi fontem nomen hoc habeat, potuit olim æquè commune eſſe Viris ac Mulieribus, & pro cognomine ſumptum, hodie quoque pariter commune eſſet. Non dubito autem, à Viris ad Mulieres tranſiiſſe; ac fortè diſtinctionis cauſâ Græcos feciſſe, ut Mulier non *Themes* ſed *Themis* diceretur. Fuit verò præter memoratam Titanidem, etiam filia *Ili*, (à quo *Ilion*,) mater *Anchiſæ*, *o.* hoc nomine (*Themis*) vocata. Hinc jam, cum legam apud *Diodorum* Siculum, *p.* conditricem Urbis *Themiſcyræ*, fuiſſe *Reginam* quandam *Amazonum*, cujus no-

tam eſſe. *n.* Diodor. Sicul. Lib. 5. p. 335. θέμιν δὲ &c. *o.* Apoll. Lib. 3. pag. (mihi) 220. *p.* Lib. 2. Conf. Supr. Part. 1. pag. 9.

men quidem ille apertè non tradit, ſed ſolùm dicit eam, *μίαν ἐξ αὐτῶν βασιλικὴν ἐξουσίαν ἔχουσαν*, *unam earum* (nempe Amazonum) *Regiam habentem poteſtatem*; facilè concludo, hanc à ſe ipſa, (ut conditoribus Urbium frequentiſſimum hoc eſt,) nomen Urbi dediſſe, adeòque nomen ejus proprium fuiſſe *Temes*, ſive more Græcorum *Themis*; cui iterum acceſſerit ex munere ejus Regio, *Kira* † veteribus; (cujus fontem ſupra * dedimus;) quod à noſtro *Király*, ita nihil in re differt, ſicut *Erdö* ab *Erdély*; de quo jam alibi egimus. Sic integrum ex his nomen Urbis, [ad formam nominum locorum *Szent-Király*, (Sanctus Rex,) *Szent-Péter*, &c.] Eſt *Temes-Kira*, nobis *Temes-Király*, vel Græcorum more *Θεμίσκυρα*; (h. e. *Themis-kyra*;) ſubintellectô, *Varoſa*, h. e. Civitas; ut ſit ſenſus, *Temes-Király-Varoſa*; vel jam hodie habito reſpectû ad ſexum fœmineum, *Temes-Királyné Varoſa*; h. e. Themidis Reginæ Civitas.

LXXVI. Suggerendum tamen mihi eſt noſtris Hungaris; olim Mulierem, plenâ gaudentem Regiâ poteſtate, præſertim Mariti expertem, nequaquam fuiſſe dictam noſtris Majoribus *Királyné*, ſed tantùm *Király* æquè ac Virum, vel more veteri *Kira*; cum idio-

† Antiquæ hujus formæ veſtigium videtur apud nos, in nominibus Pagorum *Kér*, (quaſi *Kir*,) & *Köre*, * Part. I. pag. 294.

ma noſtrum nullam hujusmodi generis Grammatici diſtinctionem admittat: ſed hoc per abuſum à Vulgo paulatim eſt introductum, ut quælibet Regina, *Kiralyné* hodie diceretur. Hoc autem quod hîc aſſero, ipſa ſyllaba *né* in fine vocis docet; quæ nequaquam Regiæ dignitatis, ſed tantum *ſubjectionis* ad Regem quà Maritum, eſt nota. Ceteroquin, ſi virum Regina nunquam habuiſſet, planè ineptè vocaretur *Királyné*; vel ſi aliquando habuisſet, & jam ut vidua Regnum cum plena poteſtate adminiſtraret, neque in hoc caſu finalis ſyllaba *né*, aliud deſignaret, quàm quòd talis Regina antea Virum habuiſſet, & jam nunc ut Vidua, ſic denominaretur: regia verò poteſtas extra illud *né*, ei competeret. Nam in noſtra lingua, cujuscunque Plebei hominis uxor, dum à viro ſuo denominatur, eandem habet terminationem. Ut, *Szabóné, Szücsné, Vargáné*; h. e. Sartoris, Pellionis, Sutoris, uxor, vel vidua. At ſi ſit Puella, vel Mulier, quæ Virum talem Opificem, Sartorem, Pellionem, vel Sutorem, nunquam habuit; attamen benè calleat aliquod horum opificiorum, non dices eam, *Szabóné*, vel *Szöcsné*, &c. ſed Puellam, *Szabó leány*, *Szücs leány*, & Mulierem, *Szabó Aſzſzony*, *Sücz Aſzſzony*. &c. Pariter de Principiſſa; ſi ſapias & cultiùs velis ſermone noſtro uti, non dicis (etiamſi Maritum habeat,) *Fejedelemné*, ſed

Fejedelem Aſzſzony, (h. e. Princeps Mulier,) eodem planè titulo, quo Vir *Princeps*, vocatur *Fejedelem*; niſi quòd Vir, abſolutè, tanquam perſona excellentior, ſine appoſitione τȣ̃ *Férfi*, (h. e. Vir,) dicitur *Fejedelem*, Mulier verò cum appoſitione ſexûs, ut vidimus. (Benè tamen olim hanc diſtinctionem potuit præſtare proprium Mulieris nomen; ut in præſenti ſubjecto, *Temis-kira.*) Atque ex his ſequitur, quòd & *Regina* honoratiùs vocaretur hodie *Király Aſzſzony*, quàm Vulgò, *Királyné*, vel *Királyné Aſzſzony*. Quamobrem, non eſt mirum, quòd in fine nominis quod præ manibus eſt, nequaquam occurrat, ſyllaba *ne*, ſed conſtanter ſcribatur, *Themiſcyra*, quod eſt *Temis-kira*. Ad alia jam tranſeamus.

LXXVII. Lego etiam apud Strabonem nomina aliquot *Paphlagonica*; Nationis nempe, Amazonibus & Themiſcyræ vicinæ; dum refert *Cappadoces q. appropinquare ad Halym*, eosque *utroque ſermonis genere*, † tum ſuo, tum Paphlagonum *uti*, atque *nominibus Paphlagonicis* abundare, quæ ſic recenſet: Βάγας, καὶ Βιάσας, καὶ Ἀινιάτης, καὶ Ῥατώτης, καὶ Ζὰρ, Δωκης, * καὶ Τιβηρὸς, καὶ Γάσυς, καὶ Ὀλόγασυς, καὶ

q. Strab. Geogr. Lib. 12. p. 381. al. ed. p. 553.
† Græc. δυσὶ διαλέξεσι. dialectis duabus. * Ex Manuſſ. in marg. Σαρδώκης: quod paululum mutatum, *Szurdokos*, Hungaricum eſt. Et *Sár-Dóczi*, vel *Szár-Dóczi*, compoſitum, Hungaris intelligitur.

Μάνης. H. e. *Bagas*, (ſive *Vágás*,) *&* *Biaſas*, (ſive *Viaſas*,) *&* *Æniates*, *&* *Ratotes*, (vel *Ratotis*,) *&* *Zár*, *Dókis*, *&* *Tiberos*, (vel *Tibiros*, & *Tiviros*,) *&* *Gaſys*, *&* *Ologaſys*, *&* *Manes*. Inter hæc nomina, ſunt quædam, quæ puriſſimè ſunt Hungarica, & vel à Vulgò intelligibilia: quod valde probabile indicium eſt, olim majores noſtros ad *Araxen* & ad *Thermodonta*, habuiſſe ſermonem Paphlagonibus cognatum. (Nemo enim vel animo leviter volvat, hæc nomina eſſe Græca; cum nativus Græcus *Strabo*, agnoſcat non eſſe Græca.) Primum nomen, ſi retineat ſonum *B*, jam inde, cum exigua mutatione, erit *Bakos*; celeberrimi Herois cognomen aliquando in Hungaria. Item, *Bagos* & *Bagoſi*, eſt pariter nomen Hungaricum. Si verò ſonum Græci B, (ut ſæpè fit, uti in voce Δαβὶδ, & àliis) enuncies per *V*, tum inde fit *Vágás*, h.e. Sectio; quod etiam hodie, eſt Pagi cuiusdam Hungarici nomen. Inde *Vágáſi*, qui eſt è tali Pago. Item, ſi dicas, *Vágós*, eſt etiam cuilibet Hungaro, notiſſimum, pro eo, qui eſt cum inclinatione vel imminentia ad feriendum ac cædendum. Si mutes vocales, & dicas, *Bogos*, *Bögös*, *Búgós*; Item *Vêges*; omnia ſunt Hungarica, ſed diverſæ ſignificationis.

LXXVIII. Secundum etiam nomen, B cum ſono *V*, vel P, pronunciatô, eſt Hungaricum, nempe *Viaſzos*, vel *Viaſzas*, h. e. Ce-

reus, aut *Ceram*, vel *cereum* quid vendens. Item *Piatzos*; qui *frequens* eſt in *foro*. Tertium, dici poteſt *Anyás*, qui matri valdè adhæret. Cui poterat vel a Paphlagonibus addi, *tos*, ut fieret *Anyátos*; vel à Græcis Της, cum diphtongo in principio, ob literam א, varias vocales recipientem, (a radice אנה, *anah*,) ut legeretur ab ipſis Ανιάτης. Quartum pariter cum exigua mutatione, *Rápóti*, *Radnóti*, eſt Hungaricum nomen. Nil dubito, quin fuerit olim etiam *Ratóti*, (uti ſonus declarat;) ſed modo an ſit tale alicujus cognomen, dicere nequeo. *Rátó* ſanè, alias *Rántó*, (h. e. minor ſartago,) eſt purè Hungaricum; atque inde etiam *Rátott*, ſive *Rántott*, h. e. frixum. Quintum *Zár*, vel puerulus intelligit apud nos. Eſt *peſſulus*, quô clauduntur & muniuntur januæ vel portæ, à זור, (Zur;) *premere*, *comprimere*; peſſulus enim comprimit januam ad ſuum oſtium, ut firmiter ei adhæreat. Sextum, *Dókis*, vel *Dókes*, bodie apud nos dicitur *Dókus*, cognomen certæ familiæ. Eſt etiam cognomen Hungaricum, *Dóci*. Τιβηνὸς, hâc occaſione aliis ruminandum relinquo: hoc interim novi, quòd *Tipar*, *Tzobor*, & *Tobor-zik*, (cujus extremum acceſſorium cenſeo,) item, *Tábor*, [caſtra,] ſunt Hungarica. Septimum nobis hodie, ſono valde appropinquat voci *Gazos*; quæ ſignificat, *vile*, *mixtum* cum minutulis particulis. Venit hîc mihi in mentem, an

 non

non olim Orientales in illis partibus, habuerint aliquod nomen viri, *Caſi*, vel *Gaſi*, reſpondens nomini *Caſpar*, vel *Gaſpár*. Ita enim hodie noſtri *Caſparum*, dum eſt adhuc junior, vocant, *Gaſi*. Quod ſupponere, certò venire apud nos a Chriſtiano nomine *Caſpar*, nullo modo eſt probabile; cum non ſolum commune ſit etiam Turcis, ut patet ex *Leunclavio*, *r.* Majores Ottomannidûm recenſente; ſed etiam multùm diſtet *Gaſi* à *Gaſpar*, utpote duabus radicalibus. In illa enim ſum ſententia, quod noſtri majores, quæcunque nomina habebant olim talia, quæ ſono aliquomodo accederent ad Chriſtiana, ea omnia (ſi non æquè publicè) ſaltem in ædibus privatis retinebant. Revera nomen *Geci* (imò *Getzó* quibusdam,) pro *Gregorio* (juveni) uſitatum, præter primam literam, nullam videtur habere convenientiam cum nomine Græco-Latino, *Gregorius*, & Hungarico de adultis, *Gergely*. Hoc etiam ultimum, quodammodò ſyllabis & ſonis Hungaricis, (ut eſt *Gergö*, vel *Görgö*,) eſt accommodatum. Sed omnium loco ſit *Gábor*; pro Gabriele. Etſi quidem etiam *Gabriel* Hebraicum eſt; tamen quia dudum ante Hunnorum in Pannoniam adventum, Chriſtianum factum erat; ideò noſtri etiam poſtquam Chriſtianiſmum ſunt amplexi, illud

 tan-

r. Annal. Turc. p. 9, 10, 11. Ubi *Oſman Gaſes*, *Urchan Gaſi*, aliique occurrunt.

tanquam ſibi ignotum, nunquam in hunc uſque diem Hungaricô ſermone, uſurparunt, ſed aliud ſibi magis notum, (pariter origine Hebraicum,) nempe *Gábor*: ut apparet in *Bethlen Gábor*, *Bakos Gábor*, & aliis. Eſt autem hoc nomen, cum vocalibus mutatis, ipſum Hebraicum *Geber*, h. e. Vir, non qualiſcunque, ſed Vir fortis & ſtrenuus. Ita etiam in Paphlagonia &, Cappadocia, viciniâ *Amazonum*, poterat aliquis, *Gaſi*, vel *Getzi* vocari; quod nomen Græci ſuis terminationibus & ſonis accommodantes, ſcripſerunt Γάσυς, *Gaſys*. Octavum ſi eſſet *ölö*·*Gaſi*, * noſtri benè intelligerent; ſed in eo ventilando, non immoror. Nonum etiam, ſic ſcriptum, *Ménes*, eſt purè Hungaricum; ſignificans armentum equorum, denominatum ab eorum Caballis. Habemus etiam particulam *Mány*, quam ſupra † explicavimus. Et *Manó*, (indè *Manós*;) quô certum quoddam *Turcarum* genus appellamus.

LXXIX. Fuit olim inter Ciliciam & Pamphyliam, non longè à Cappadocibus Urbs nomine *Nagidos*; de qua ſic ſcribit Stephanus: ſ. Νάγιδος, *πόλις μεταξὺ κιλικίας καὶ παμφυλίας. Nagidus, Urbs inter Ciliciam & Pamphyliam*: & Strabo ante eum: s. Ἐστὶ Νάγιδος *πόλις πρώτη μετὰ τὸ Ανεμούριον. Eſt Nagidus Urbs primò poſt*

Pars II. *Ane-*

* H. e. Interfector *Gaſi*. † §. 66. h. cap. p. 215. ſ. Steph. in voce Νάγιδος. s. Strab. Lib. 14. p. 670. Ubi rectè corrigit Caſaub. ἐστὶν Ἄγιδος, per ἐστὶ Νάγιδος, juxta Stephanum.

Anemurium. Quod etiam nomen, perſpicuè ſuam *Scythicam* oſtendit originem. Eſt enim in hunc usque diem, voce compoſitâ, apud nos, locus infra Caſſoviam notiſſimus, *Nagy-ida.* Eſt etiam alibi *Nagyod:* ſed primum illud ad *Nagidum*, propiùs videtur accedere. Prima nominis pars *Nagy*, ſignificat nobis, *Magnum.* A rad. נָגַהּ, *Nagah*, quod Hebræis & Chald. eſt, *ſplenduit.* At rectè etiam ſignificabat olim aliis, *Eminuit*, *altior fuit.* Hinc eadem radix cum *Aleph* Arabibus, נגא, (*Naga*,) ſignificat inter alia, etiam, *elevavit*, *altiorem* (aliquem) *fecit.* Altera pars, *Ida*, etſi jam hodie, in communi loquendi uſû, pro certa alicujus rei ſignificatione apud nos non adhibetur; olim tamen noſtris uſû tritiſſimum fuiſſe, arguit correlatum τῷ *Nagy-Ida.* Dicimus enim etiam *Kis-Ida*; h.e. *Parvum Ida.* Conjicio autem non obſcurè, hoc olim noſtris ſignificaſſe, *locum humidum*, *irriguum*, & *aquis abundantem*; qualis eſt *Nagy-Ida*, & territorium ejus. Nec τὸ noſtrum *Idzad*, ſeu *Izzad*, h. e. Sudat, aliunde quàm ab *Id*, per adjectionem ſyllabæ paragogicæ, derivari puto. Radix etiam vocis id poſtulat. Venit enim ab אֵיד, *Ed*, *Vapor.* Hinc אידיתא, *Iditha* Chald. Ager ſativus; item, *Aqua ductus.* An verò hinc lux aliqua origini nominis celeberrimi montis *Ida*, affulgeat; etſi de eo, dies nos magis edoctura eſt, videtur tamen

datæ derivationi vocis *Ida*, favere Strabo, dum ſcribit : *t.* πολυπίδακον τὴν Ἴδην ἰδίως λέγεσθαι, *Idam* Troadis *fontoſam propriè dici*, *ob multitudinem ex ea delabentium amnium.* Porrò cùm dicit Stephanus *Nagidon* Urbem, conditorem habuiſſe Νάγιν, *Nagin*, ab eoque nomen accepiſſe; faciiè id concedi poteſt, præſertim ſi locus correlatum oppoſitum (ut ſupra) non habuit. Nam & hodie aliqui inter nos, nomine *Nagy*, cognominantur.

LXXX. *Lycus*, *u.* ſeu *Lykos*, nomen aliquot fluminum, utpote, in Cappadocia, Cilicia, Syria, Armenia, Scythia, *x.* Bithynia, &c. ex aliquo ſequentium, *Likas*, alias *Lyukas*, h. e. foraminoſus, a, um; *Lúgas*, (& *Lúgos*,) quod non ſolùm *Lixivioſum*, ſed præcipuè *Palmites in altum miſſas*; vel *loca talium palmitum* ſignificat; (ut ſit, quaſi *Lógós*, h. e. Pendulum, alteri junctum, vel quod habet tale pendulum:) *Locſos*, ſeu more veteri *Lochos*; h. e. Madidum, & quod Viatorem, aliquâ ſuî concitatione vel effuſione conſpergit & conſpurcat; *Lékes*, ſive *Lékös*, & è cognomine huic cognato, *Lökös*, non difficulter ſuam nobis pandet originem. Audivi etiam inter noſtros cognomen quoddam, *Lyükô*; ſed, ſine hoc etiam, propoſitum aſſequemur. Omnibus autem hîc recenſitis, præ-

Pars II. fero

t. Strab. Lib. 13. p. 602. *u.* Vid. Ortel. Theſ. Geogr. in voce *Lycus*. *x.* Herod. Lib. 4.

ſero penultimum, *Lékes*, ſeu *Lékös*; quod ortum ducit ex *Lék*, ſignificante propriè foramen in glacie, vel ad potanda animalia, vel ad piſces capiendos, (ut noſtris * in more eſt,) paratum. Deduco ad rad. לְקָה, (*Leka*,) quod eſt Chaldæis, *Percuti*, *Cædi*, *Plagâ* vel *rupturâ affici*: *percuſſione* enim & *transfoſſione* glaciei ejusmodi *Lék* paratur. (Ex eadem radice deduco etiam aliud è noſtris huic cognatum, *Lik*, vel *Lyuk*, h. e. foramen in genere; unde *Likas* & *Lyukas*; quod obiter moneo.) Hinc jam, more noſtro addito *es* vel *ös*, fit adjectivum *Lékes* vel *Lékös*, (quod dici etiam poteſt *Lékos*, & per conſequens *Likos*, ob *é* acutum τῷ *i* cognatum,) h. e. Habens foramina in glacie parata. Si quis fluvius, egregium hyeme ſolet præbere piſcium proventum, ex hujusmodi foraminibus, is rectè poteſt vocari κατ' ἐξοχὴν, ob inſignem foraminum uſum, *Lékes*, ſive *Lékös*, vel quod idem eſt, *Likos*. Poſſeſſor quoque talium foraminum, vel in ejusmodi foraminibus piſcandi peritus, pariter hoc nomine inſigniri poteſt.

LXXXI. *Sáros*, *y*. Ciliciæ, & Cappadociæ *z*. fluvii nomen, idem tantùm eſt, quod *Lutoſus*, *a*, *um*. A *Sár*, (Lutum;) cujus radicem

* Vide etiam Geſnerum de piſcantibus in *Iſtro*, Lib. de Aquatil. pag. 59. *y*. Plin. Lib. 5. c. 27. *z*. Idem, Lib. 6. cap. 3. Conf. Strab. Lib. 12.

dicem ſupra *a.* dedimus. *Halys* celeberrimi in Aſia minore, verſus confinium Paphlagonum fluvii nomen, eſt vel *Halos*, (ſive *Halas*,) h. e. Piſcoſus, ſeu Piſcibus abundans; vel *Halós* (ſive *Hálús*,) h. e. Retioſus; fortè quod frequens ac utilis eſſet retium in eo fluvio uſus. Aliàs ſignificat etiam *Laqueoſum.* Illius primitivum eſt *Hal*, h. e. Piſcis; quod à חול, (Hul,) *Timere*, *ſubſidere*, *Debile eſſe*; hujus verò, *Háló*, h. e. Rete; quod à חלל, (Halal,) *Confodit*, *Perforavit*, deduco. Excute benè radices, & derivata utriusque, non dubitabis, hoc ab hoc, illud ab illo, ortum habere.

LXXXII. *Smyrna*, Urbis Joniæ, ab *Amazone* ejusdem nominis Epheſo potitâ ſic appellatæ nomen, quod hodie, ab ejus incolis dicitur *Iſmir*; non ineptè deducitur ab Hungarico *Iſmér*, h. e. *Noſcit*, *Cognoſcit*: cujus radix eſt שמר, (Shamar,) *Obſervat*; (præfixô א in fronte noſtri;) Cognitio enim rerum, *obſervatione* acquiritur. *Amazon* ſanè celebris, ob peritiam bellicam, & experimentalem rerum multarum notitiam, congruè poterat à verbo *Iſmér*, nomen conſequi; & hoc ab ea ad Civitatem quam poſſedit, transferri. Quia vero in hoc (de quo agimus,) nomine, conſtanter finalis ſyllaba apud veteres Scriptores occurrit *va*, (h. e. *na*,) vel Jo-

a. §. 72. h. cap. pag. 237.

nicè *m*; (h. e. *ne*;) non video congruentius *Amazoni* nomen ob proprias virtutes ex hoc verbo cum memorata terminatione formari potuiſſe, quam ſi dicamus hoc ejus nomen in lingua *Amazonica* ſeu *Magarica*, fuiſſe compoſitum, *Iſmerö-Anya*, (quod eſt in re, præſertim veteribus, *Iſmerö-Ana*,) h. e. *Noſcens* (vel *perita*) *Mater*, ſeu *Matrona*. Paucis: *Experta Matrona*. Si autem à Viro ſuo nomen ab *Iſmér* conſecuta fuiſſet, jam ſic noſtro idiomate dici debuiſſet, *Iſmerönë*; h. e. Noſcentis uxor vel vidua. Sed priorem hic præfero denominationem, ob proprias Amazonis virtutes. Facilè potuit tot ſeculorum lapſu, præſertim in manibus & ore Græcorum, id nomen utramque vocalem *ö* & *a* in medio, & initialem *i* amittere, & *e* (quod noſtris aliquando eſt *ö*,) leviter mutatô, in præſentem formam deformari, ut diceretur *Smyrna*. Quia nimirùm Græci habent ſuum σμύρνα, (*ſmyrna*,) quod eſt *myrrha*; voluerunt hac in parte, nomen Urbis ſuo ſono & idiomati conformare. Turcæ ſaltem primam nominis partem, cum vocant Urbem *Iſmir*, rectiùs quàm Græci retinuerunt. Quod non mirum, cum ſint origine *Scythæ*, ac per hoc ab iis, quibus nomen hoc olim vernaculum erat, quaſi de manu ad manum id quod in nomine principale eſt, accipere, & tenere potuerant.

LXXXIII. *Troja* quoque, minoris Aſiæ regionis, & nonnunquam etiam primariæ in ea regione Urbis (*Ilii*) nomen, quid ſit; non majori cum difficultate quàm præcedentia, ex Hungarico idiomate detegi poteſt. Habemus enim nos *Torja*, (quaſi dicas *Torója*,) nomen loci; cujus in fine affixum tertiæ perſonæ videtur eſſe, ut ſignificet, *Vindicatio ejus*, certæ nempe rei, quam primi nominis impoſitores deſignabant. *Tor* nimirum, (quod aliàs etiam exequiale convivium † denotat,) *vindictam*, ſeu *retaliationem* debet ſignificare è noſtri idiomatis proprietate. Nam verbum *Torol* & *Torollya*, h. e. Vindicat, Retaliat, cum acceſſione paragogici *ol* & *ollya* formatur à prædicto *Tor*, non ſecùs quàm *Fontol* & *Fontollya*, (Ponderat,) à *Font*, quod eſt *Libra*: & *Pöröl* à *Pör*, h. e. Lite. Radix ejus eſt, Chald. טְרָא, (Tera,) h. e. *Agitare*, *Concutere*. Quæ affinia ſunt verbo *vindicandi*. Noſtro verò *Tor* & *Torol*, cognata ſunt *Tör* & *Töri*, h. e. Frangit; & *Tör* nudè, (ſine *Töri*,) h. e. Meditatur alicui malum, Macchinatur in aliquem, ſtruit inſidias, periculum: & *Tör* nominaliter, (longo *ö*,) Laqueus;

† In hoc ſenſû, puto *Tor*, eodem modo, quô Latinum *vindicare*, præter, malum triſte inferre, etiam bono afficere, v. gr. vindicare honorem, aliquando notat, in benigniorem partem acceptum fuiſſe à noſtris majoribus, ut ſignificaret, *honoris ac memoriæ* defuncti *redintegrationem*.

item, gladii genus. Hinc *Törös*, (primâ longâ,) Laqueoſus, vel Gladium aliquem habens. Et *Törös*, (ultimâ longâ,) h. e. Quod facilè frangitur; vel activè, qui frangere ſolet. Eſt & *Törös* utrâque brevi, cognomen. Sicut verò à Tör *Törös*, ſic à *Tor* (vindicta,) rectè dicebatur olim *Toros*; h. e. Qui vindicem agit. Atque jam ex his, facilè Græci ſuum *Tros* & *Troas*, formare poterant, primâ nempe vocali *o* abſorptâ. Si quis quærat: quomodo non *Torja*, ſed *Troja* nomen ex hoc fonte dicitur; non difficulter expediemus. Nam vel Tor, dicebatur olim etiam *Toró*, ſicut *Ponty* & *Pontyó*, unde jam addito affixô *ja*, fit *Torója*; vel verbaliter etiam fuit illud rectè uſurpatum, (ſicut *Tör*, frangit, unde & aliud *Töröl*, h. e. Delet,) è cujus Participio *Toró*, h. e. vindicans, pariter fit cum additione affixi tert. perſ. *Torója*; quorum illud *Vindicationem ejus*, hoc autem *Vindicem ejus*, ſignificat; ſubintellectâ more noſtro ſemper re certâ, de qua proximè eſt ſermo; ſicut hîc, hoc complexum, *Vindicatio ejus*, dum ſermo eſt de Regione *Trojana*, idem eſt, ac ſi dicerem, *Vindicatio Terræ* vel *Regionis* illius. Jam ex *Torója*, facillimè primâ vocali breviſſimâ abſorptâ ac neglectâ, factum eſt *Troja*, ut apud Græcos & Latinos legitur. Quod attinet nominis rationem; potuit *Tros*, (h. e. *Torós*, vel *Toró*,) à quo *Troja* nomen, ve-

ſtigia avi ſui *Dardani b.* ſecutus, magnus Terræ illius exſtitiſſe *Reſtaurator*, & tanquam Aviticæ ac Proaviticæ poſſeſſionis *Vindex*; (quam, ut eſt valdè probabile, ejus Majores Scythæ longè ante Dardanum, adhuc in primo ſuo ex Armenia per Aſiam minorem in Europam tranſitu, pro ſe occupaverant;) atque ex hoc, tùm ſuo nomini verè reſpondere, tùm Regionem ab his *vindiciis* poſtliminiò factis, ſeu redintegratâ ejus tutelâ ac cultu, denominare.

LXXXIV. *Ilium* ab *Iló* Trois filio, Metropoli *Trojanæ* regionis (quæ nonnunquam etiam *Troja*,) datum nomen, ex nominibus locorum Hungaricis, *Ilo-va*, † (vel *Ila-va*,) *Iloſva*, & *Illye*, ac voce *Illa*, ſuam habet lucem. *Illa*, noſtris olim ſignificaſſe *receptum ſuî*, vel *refugium*, palàm oſtendit illud proverbium: *Illa Berek*; h. e. Receptus vel Refugium ei eſt Dumus. Quod uſurpatur de eo, qui ſubitò ſe ſurripit & abſcondit in mèdio Dumeti. Inde verbum, *El-Illantot*; h. e. Fugâ vel celeri diſceſſû ſibi conſuluit. Radix eſt Chald. עֲלַל, *Alal*, (quod contractè eſt עַל, *Al*,) h. e. *Abiit*, *Venit*, *Introivit*. Gemina-

b. De ætate hujus habes ſupr. Part. I. pag. 444.

† Nîl obſtat, quod *Sclavi* hunc locum inhabitent. Multa enim dantur nomina locorum inter Sclavos noſtros & Dacos, quæ ſunt Hungarica; ab antiquis nempe Hungaris, ut Dominis terreſtribus, impoſita.

minatio τȢ *l* apud nos hodierna, nihil obſtat veteris nominis *Ilion*, expoſitioni. Nam vel noſtri ipſi poterant olim illud ſine geminatione *l* pronuntiare; (ut *Ilova* & *Iloſva*;) vel ſi fortè ipſi *Illion* dixerunt, ſicut in vocibus *Illa* & *Illye*; tum dicendum, quòd aliæ Nationes eis olim ſive fœderatæ ſive minùs, ſimplici *l* dixerunt *Ilion*; inter quas tum Græci tum Latini cenſendi ſunt. Illud potiùs expendendum eſt, unde ſit finale *ion* in hoc nomine? Primò poſſemus dicere, quod cum olim commune fuerit Orientalibus, vocabula quædam per *ion* terminare; ut *Elion*, *Ebion*, *Gillaion*, ſicut ſupra *c.* innuimus; ex eo etiam noſtros ceu Orientales hoc habuiſſe: at præter iſtud ad rem magis pertinere arbitror, ſi dicamus nomen *Ilion*, ex duabus vocibus Hungaricis, ac per hoc Orientalibus, eſſe compoſitum. Nempe vocula *'On*, (per longum *ó*) nobis quidem in vulgari uſu hodie *plumbum* ſignificat; ſed inſuper etiam aliud, v. gr. *Hoſpitium*, vel *Munimentum* olim ſignificaſſe, argumento eſt, quod & alias *d.* monui, fortalitium, *'Onad* in Hungaria; cujus in fine *ad*, more noſtro eſt tantùm affixum ſecundæ perſ. ut ſignificet, *Hoſpitium tuum*, vel *Munimentum tuum*. [Cognata τῷ *'On*, quoad fontem ſunt, *In*, h. e. Nervus; & *ünö*, h. e. Juvenca.] Radix eſt Hebr. און, *On*, quod inter alia, *Robur* & *Po-*

c. Pag. 53. Part. 2. *d.* Supr. p. 64. Part. 2.

tentiam ſignificat. Ex eodem fonte eſt Talmudicum אֻונָא, *Auna*, Hoſpitium nocturnum, q. d. Requietorium. Poſſet quiſpiam conjicere, quod τὸ *'On*, ſit ex noſtro *Honnya*, e. ſeu *Hunnyó*; ſed datam ab און originem præfero. Jam verò cum ab *Illa*, nobis nomen rei vel perſonæ ſit *Illai*, (adjectivum,) ab *Illye*, vel *Ille*, *Illyei* vel *Illei*, & ab *Ilo*, *Ilói* vel *Ilai*; his ubi ſubjunctum eſt *'On*, fit *Illai-ón*; item *Illyei-ón*, vel *Illei-ón*; item *Ilói-ón*, vel *Ilai-ón*; è quorum aliquo, quàm facilè ob expeditiorem pronuntiationem, potuit fieri contractum *Ilion*, quod eſt, *Refugii hoſpitium* vel *munimentum*, unusquisque videt. Cum verò habeamus adhuc adjectivum *Illö*, h. e. *Aptum, conforme, decens, decorum*, (à rad. עלה, *Ala*, f. ſub qua invenies etiam *adæquare*, *præſtans* & *excellens eſſe*,) ac inſuper legam apud Phavorinum, g. olim apud *Coos*, Ἴλιον, (Ilion,) *ornatum* muliebrem ſignificaſſe; ſubit mihi animum cogitatio, annon prior pars nominis *Ilion*, etiam noſtris *ornatum* potius ac *decentiam* ſignificaverit, quàm refugium. Si ſic, tum *Ilion*, contractum ex *Illö-ón* vel *Illü-ón*, idem erit, quod, *Decorum hoſpitium*, *munimentum*, vel *requietorium*. *Coorum* autem ſignificationem eò libentiùs noſtræ hîc adjunxi,

 quod

e. H. e. Tugurium. Vid. Supr. Part. I. p. 327, 328. f. Vid. Lex. Talm. Buxt. g. In Lexic. in voc. Ἴλιον.

quòd & ipſum inſulæ nomen *Cos*, Hungaricam redolet originem. Scribit enim Euſtathius, *h.* ab *ovium* abundantia ſic dictam eſſe, additâ ratione, quod *koos* ſignificaret *ovem*. Atqui non Græcis, ſed nobis ſignificat *kos* ovem, ſignanter *arietem*; quod jam alibi *i.* monui. Antequam verò ad alia me conferam, duo mihi hîc monenda ſunt. (1.) Ex vocibus *'On* & *Tor*, vel *Toros*, quæ in explicatis proximis duobus nominibus nobis occurrerunt, non inconcinnè explicari poſſe etiam nomen *Oenotrus*, *k.* (Ducis *Chonum*, h. e. *Chunorum*,) & aliud apud Homerum *l.* *Ονητορίδης*, h. e. *Onetorides.* (2.) Quandoquidem, ſicut nomen *Alexandri* Trojani jam explicatum, ita aliud quoque ejuſdem primævum, nimirùm *Paris*, (quod fugerat priùs *m.* mentem noſtram,) eſt verè Hungaricum; evidenter ſequitur, utraque hæc nomina, datam nominum *Troja* & *Ilium* originem, confirmare. Eſt autem hodie *Páris* in uſu apud nos, partim in denominando quodam dulci, rubicundo quadantenùs, parteſque friabiles habente pomorum genere, partim etiam in caniculis quibuſdam delicatioribus compellandis. Cognatum eſt ei alterum *Parás*; quod ſignificat

h. Vid. eum in 2. Iliad. v. 677. & proximè apud Thom. de Pined. in Stephan. ad voc. *κῶς*.
i. Pag. 160. Part. 2. *k.* Vid. Supr. Part. 1. p. 331, 332, 333. *l.* Odyſſ. 3. *m.* Supra in Alexand. p. 73. Part. 2.

ea, quæ cum ſint homogenea, ſunt tamen disjuncta ab invicem, nec ſibi mutuò cohærentia. Radix eſt ipſiſſimum פָּרַס, (*Paras*,) quod eſt, *Diviſit*. An *Priamus*, nomen Patris *Paridis*, ex eodem fonte ſit ortum cum noſtro *Perémes*, † vel *Perémös*, & *Prémes* vel *Prémös*, ſive cum *Pironyos*, * (quod facilè dici potuit *Piromos*, ‡) in medio relinquo.

LXXXV. *Bithynos*, ſi non eſt *Bé-tünös*, h. e. Imperceptibiliter ſe in medium ingerens, propter vetuſtas de vetuſtis *metamorphoſibus* fabulas; tum, valdè probabiliter dicere poſſumus, idem eſſe, quod *Bö-tunyós*, vel *Bö-tunnyós*; ubi prima vox dici poteſt etiam *Bé*, (pro *Bev*,) & *Bü*, ut ſit *Bé-tunnyós*, vel *Bü-tunnyós*. Quid verò hoc ſit, jam explicabo. Primum illud *Bö*, ſive *Bév* & *Bü*, ſignificat nobis, *Affluens*, *Largum*, *Copioſum*. Procul dubio à בוא, (*Bo*,) *Venire*, quòd *copioſum* frequenter occurrat. Unde *proventus* etiam ab eadem radice Hebræis. Poſtremum verò *Tunyós*, vel *Tunnyos*, licet hodie in uſu non ſit, olim tamen in uſu fuiſſe, & locum vel perſonam, piſcibus *Thynnis* ſeu *Thynnis* dictis abundantem ſignificaſſe, ita ut dictus piſcis

Pars II. noſtris

† Quod *fimbriis ornatum* eſt. * Ex *Pirongat*, Objurgat, rectè dixeris, *Objurgationes habentem*.

‡ Quòd Πίρωμις, *Piromis*, nomen magnorum virorum infra Deos & Heroas, ſignificaverit olim Ægyptiis, *honeſtum & bonum*, notum ex Herodoto. Lib. 2.

noſtris majoribus fuerit *Tunyó*, vel *Tunnyóg*; argumento eſt, tum uſus ejus apud alios Occidentales, (Itali enim teſte Geſnero vocant eum *n.* *Ton*, *Tonno*, *Tonnine*, Hiſpani *Atun*, & Orcynum [h. e. majorem thunnum,] in Provincia Galliæ *Thon*, Santones *Athon*, Germani & Flandri, *Tuniin*, Angli *Tuny* vel *Tunie*,) cum tamen *Ponticum* ſit nomen, eò quod præcipuus *Thynnorum* proventus in *Ponto o.* ſit; tum verò ex origine ejuſdem verè Hungarica. Cum enim Piſcis ille ab omnibus deſcribatur tanquam *tardiſſimus p.* & *ſomnolentus*, nec facilè è loco ſuo diſcedens; nullum commodius ei nomen dari poterat, quam ab ejus tarditate & pigritie. Atqui nobis planè *Tunya* idem eſt, quod *piger*, *tardus*, *ſegnis*, *laſſus*; & inde acceſſione literæ *g*, *Tunnyog*, h. e. impeditè velut è naribus loquitur. Et de priori ratione etiam, quis credat aliis in Occidente hoc vocabulum adhuc eſſe notum, noſtris autem qui & originem ejus habent, olim juxta Pontum non fuiſſe notum? Accedat, quod ipſa quoque nomina, *Thynus* (nomen populi *Bithynis* vicini, & aliorum quorumdam,) & *Thunnus*, quatenus gentem ſignifi-

n. Geſner. de Aquatilib. Lib. 4. p. 1159. *o.* Ibid. Geſn. pag. 1160. & 1161. ex Ariſtot. & Plinio. *In Ponto fœtificant.* *p.* Ibid. Geſner. p. 1162. ex Ariſtotele. *Thynni* (inquit) *dormiunt, præſertim noctu, ita ſopiti, ut ne jactâ quidem fuſcinâ moveantur.* Et p. 1163. *Thynni piſcium ſimpliciſſimi.* &c.

gnificant, planè pro ipſiſſimis *Hunnis q.* accipiunt quidam Scriprores. Rationem eſſe puto; quia olim, qui juxta Pontum, Hungarico ſermone dicebantur *Tunnyós*, h. e. Thunnis abundantes, illi partim fuere *Hunnica* progenies, partim verò fœdus & ſocietatem cum *Hunnis* colentes, quales fuere *Thraces*. [Quamquam potuere à quibusdam etiam per mutationem *Ch* in *Th*, ſic vocari, ex nomine *Chunico.*] Ergo jam *Bö-tunnyós*, (quà poſtremum à Thunnis dicitur,) vel *Bé tunnyós*, & *Bü-tunnyós*, idem eſt, quod *Thunnis abundans*. Hoc nomen *Bithynis*, ſive in Aſia juxta Pontum, ſive in Europa, (unde venerunt in Aſiam,) in Thracia nempe juxta mare, locaque *thynnis* abundantia, habitantibus, rectè conveniebat. Hinc deinceps Regioni nomen ab incolis eius, *Bithynia*. Unum adhuc plauſibile ſupereſt *etymon*, quod hîc non puto negligendum. Cum Stephanus ſcribat, † nomen *Bithyniæ*, à Jovis filio, tum *Bithys*, tum *Bithynos* ei dicto, fuiſſe ſumptum, rectè Hungarico ſermone, leviſſimâ mutatione adhibitâ, prius illud dicetur, *Betüs* ſive *Bethüs*, (à *Betü*, Litera, à rad. בטוה, *Batah*, Pronunciare, Exprimere,) h. e. *Habens literas*; vel ex vi

Pars II. radi-

q. Vide in hanc rem ea, quæ habet Lindebrogius ex Priſcian. & Euſtathio: Obſerv. in Ammian. Lib. 31. p. 207. Ubi Euſtathio, Οὖννοι ἢ Θοῦννοι, *Hunni* vel *Thunni*, quaſi idem notantia ponuntur.

† In voc. Βιθυνία.

radicis, *Signis notatus*: ſicut Scythæ quidam, *τὸ Betii*, pro *ſigno* accepiſſe videntur, in nomine quarundam fœminarum, *Bithyæ* Plinio * dictarum, in oculis ſignatarum. Atque *τῷ Betiis*, cognatum eſſe apparet, cognomen quorundam *Betes*, inter Hungaros. Potuere autem antiquiſſimi noſtri majores, *τὸ Betiis*, dicere etiam *Betiinõs*, eo modo quo ab *Hibá*, (defectus,) dicitur tum *Hibás* tum *Hibános*, (& per *s*, & per *nos* in fine,) eodem ſenſû; h. e. Defectuoſus. Si certi eſſemus, vel ex literatura, vel aliis ſignis, Ducem ſeu Parentem *Bithynorum* celebrem fuiſſe, hoc ſanè etymon non ultimo loco habendum eſſet. Hoc interim videretur obſtare, quòd *Bithyni*, nonnunquam veteribus dicuntur ſimpliciter *Thyni*, ‡ quod cum ſuperioribus benè conciliari poteſt. At hoc iterum poſſet ſolvi; quòd ob diverſas rationes, iidem populi, nunc hoc, nunc illo nomine, (ſono invicem cognato,) fuere appellati.

LXXXVI. *Chalcedon*, nomen Urbis *Bithyniæ*, videri poſſet nobis primâ fronte noſtro *Kölked*, (q. d. Tua ſoboles, vel magis propriè, Tuus catulus,) nomini loci, (cujus obliquus *in loco eſſe* notans, eſt *Kölkeden*, vel *Kölkedön*,) eſſe cognatum. Verùm propiùs ad rem videtur hoc olim *Megarenſibus*, primis

* Hiſt. Nat. Lib. 7, c. 2. ‡ Hoc colligitur ex Plin. Lib. 5. c. 32.

Chalcedonos conditoribus, fuiſſe dictum, *Cſaló-köd*, (quod eſt in re *Chaló-köd*,) h. e. Fallens nebula: quod nomen, veterum de primis Urbis hujus fundatoribus traditionem, egregiè illuſtrat. *Cæci* enim *vocati* ſunt olim r. *Chalcedonenſes*, & eorum Civitas, ſ. *Cæcorum Oppidum*; eò quod *cum priores* quàm Byzantini *in iſta* Boſpori Thracii s. *loca navigaſſent, omiſſâ in ulterius* atque melius *littus*, (ubi nunc eſt Conſtantinopolis,) *navigatione, deteriora loca occupaſſent.* Poterat nimirùm denſa in aëre *nebula* eos in errorem inducere, ne meliora invenirent littora; unde locum, à *fallente* eos illic *nebula*, non ineptè poterant denominare. *On* in fine vel denotat *hoſpitium* ſeu *munimentum* (ut in *Ilion*,) è noſtro idiomate; vel Græci, ſive à ſe, ſive ex noſtro obliquo *Chaló-Ködön*, illud adjecerunt. Facilè ſanè ex *Chaló-Köd*, vel *Chalo-Ködön*, abſorptô *o* in medio, ac leviſſimâ accedente mutatione, longo ſeculorum uſû, potuit fieri apud Græcos, χαλκηδὼν, *Chalkedon.* Quod Stephanus t. à fluvio Urbi adjacente, χαλκὶς, h. e. *Chalkis*, deducit Urbis nomen, perinde ad noſtrum ſcopum facit, imò eum amplius illuſtrat. Nam cum in *Scythia* etiam dicat Stephanus u. fuiſſe locum χαλκὶς (*Chalkis*) dictum; hoc

r. Strab. Lib. 7. pag. 320. ed. A. 1620. ſ. Plin. Lib. 5. c. 32. s. Strab. loc. cit. t. In voc. χαλκηδὼν. u. In voce χαλκὶς.

hoc me excitat, ut eò magis ex *Hunno-Scythico* rimer idiomate utriusque fontem, & expendam, annon vel noſtrum *d*, mutatum hîc fuit primò in *z*, quod obvium *x*. eſt, ut dictum primò fuerit *Chaló-köz*, (de quo ſtatim,) ac deinde ex *z* factum fuerit *s*, unde *Chalo kös*, item, *Chalo-kiis*, & paulatim, *o* abſorptò ante *k*, & *ii* mutato in *i*, *Chal-Kis*; vel potiùs vice verſâ, annon à principio, & fluvius, (ſive ob nebulas fallentes, ſivè ob aliam aberrandi occaſionem,) & Urbs à fluvio, dicta fuerit à Megarenſibus, *Cſaló-Köz*, ſive *Chaló-Köz*, h. e. Fallens inſterſtitium, ſeu intermedium, atque *z* apud alias Nationes, (ut in דהב, ex זהב, in דחל, ex זחל, &c.) abierit in *d*? Hoc ſanè poſtremum valdè plauſibile eſt in hunc ſcopum. Nam in hunc usque diem, eſt celebris inter geminos Danubii alveos in Hungaria inſula, nobis *Cſaló-Köz*, (h. e. *Chaló-Köz*,) Germanis *Schut* dicta: quod ſanè non mediocriter, tùm fluvii, tùm Urbis *Chalcedonos* nomen illuſtrat; cum facilè ut jam innuimus, more Grammaticis notò, *z* tranſire potuerit in *d*, ac integrum cum tempore nomen apud Græcos, tranſmutari in *Chalcedon*, præſertim quod τὸ *Chalcis*, debeat apud eos Genitivum habere *Chalcidis*. Radix primi membri τοῦ participii *Chaló*, cujus Indic. tert. perſ. eſt *Cſal*, ſeu

x. Vid. Boch. Phaleg. Lib. 2. c. 12.

Chal, eſt mihi, חול, unde חוֹלֵל, (*Cholel*,) Dolore affecit: Dolore enim afficitur, qui decipitur. Poſtremum, ſi *Köz*, (medium, interfectio,) ponatur; deduco à קוץ, (*Kuz*,) quod *ſecare*, *interſecare*, vel *ſectionem* ac *interſectionem* olim ſignificaſſe, apparet non ſolum ex הקיץ, (*Hekiz*,) quod Hebræi pro *ſectione venæ* uſurpant; ſed & ex Arabico קדד, *Kadda*, quod eſt quaſi *Kazza*, z Hebræorum mutato in *d*, ſignificans ipſis, *Secuit*, *Tranſivit*, ſcil. per medium; item, *fidit*, *diviſit*. Ubique *medietas* occurrit. Pariter, ſi *Köd* dicatur poſtremum, ex eodem fonte deduco, per transmutationem z in *d*. Nam nebula eſt medium quoddam obſtaculum in aëre, impediens, quo minùs videamus objecta viſûs noſtri. Aliud etiam vetus *Chalcedonis* nomen apud Plinium, *y*. *Compuſa*, terminatione Latinâ ſive Græcâ ſublatâ, eſt purè Hungaricum *Compos*, loco illi convenientiſſimum. Nimirum *Comp*, (ſeu *Komp*,) ſignificat nobis *Pontones*, ſeu latas & ſpatioſas *rates* in magnis aquis, quibus currus, equi, exercitus & alia, ex una parte in aliam tranſponuntur; quales in *Boſporo* quoque *Thracio* ad Chalcedonem in hunc usque diem in uſu eſſe, non eſt dubium; unde, additô ei *os* in fine, fit nobis adjectivum *Compos*; h. e. Locus ejusmodi *compones* (liceat nunc ita loqui,) ſeu *rates habens*.

y. Lib. 5. cap. 32.

LXXXXVII. *Boſporus*, ſeu *Boſporos*, poſſet primùm nobis dici *Vos-poros*, pro *Vas-poros*; h. e. Pulveres ferreos habens, ob ſimilitudinem fortè arenarum *Boſpori* Thracii cum ferreis pulveribus; ut ſic *V* noſtrum, tranſierit in *B* Græcorum. Ita, hodie etiam *Boſporus Scythicus*, dicitur Tartaris z. *Voſpero*: quod tamen potuit deformari etiam ex alio nomine, ultimo loco hîc dando. Item, *Bos-poros*, pro *Bors-poros*; h. e. Piperis pulveres habens; ſive ob ſimilitudinem arenarum ejus loci cum pulvere *piperis*, ſive figuratè, pro *pretioſis* deſignandis, quæ illic vel venderentur, vel frequenter tranſportarentur. Verùm his miſſis, dico rei congruentiſſimè, tum Thracicum tum Scythicum *Boſporum*, dici potuiſſe noſtris Scythis, *Bús-poros*; h. e. Fremebundè concitatos arenarum pulveres habens. Norunt omnes experti, quantus ſit æſtus maris ac interna concitatio arenarum in hujusmodi *fretorum* anguſtiis, uti eſt *Boſporus* Thracicus, vel etiam Scythicus. Hinc Apollonius *Boſporum* hunc Thracicum, vocat non ſolùm a. σκολιοῖο πόρου στεινωπὸν, *tortuoſi tranſitûs anguſtum*, vel *anguſtiam*; ſed inſuper dicit, quod ſit b. δινήεις ὑπένερθεν, *VORTICOSUS SUBTUS* ſeu *infernè*; unde fit, ut ab ipſo fundo ſurſùm cum impetu vertantur & volutentur arenæ.

z. Ortel. in Theſ. Geogr. a. Argonaut. lib. 2, v. 551. b. Ibid. v. 553.

næ. Lege interim *Gyllium c.* de Boſporo Thracio, nîl dubitabis, quin ſit aptiſſimum nomen huic freto, ut à *fremebunda pulverum arenæ concitatione*, denominetur. Sic verum erit illud, quod *Gyllius d.* ex aliis, & poſt eum *Stuckius e.* annotàrunt, ideò hoc fretum *Boſporum* fuiſſe *nuncupatum*, *quod omne Fretum appellare olim ſolerent Boſporum*: è contra fabulæ Græcorum, nîl niſi *bovis* alicujus *trajectionem*, vel imaginem in navi trajiciente, pro nominis hujus ratione ſomniantium vanitas, eò magis denudabitur. Nam noſtri nominis ſignificatio omni freto ſeu anguſtiæ Maris competit; at fabula Græcorum procul eſt ab hac univerſalitate; imò ne vel uni in rei veritate nomen dare poteſt. Nominis autem τῦ *Bús-poros*, poſtremum membrum, eſt à *Por*; cujus ſupra *f.* jam dedimus radicem. Nec dubium eſt, τὸ *Por*; (h. e. pulvis) è nativa ſua ſignificatione, non ſolùm terræ, ſed & arenarum pulveres æquè ſignificare. Hinc nobis *Kö-por*, (q. d. Lapideus pulvis,) vocatur *Lapis friabilis*, qui facile in minuta diſſolvitur. Primùm autem, eſt adjectivum à *Bú*, (quaſi *Buú*) quod propriè ſignificat, *moleſtam concitationem*; inprimis hodie ad *mentem* refertur, cum variis curis eſt anxia & turbata. At verò ſuâ natu-

c. Lib. I. c. 4 p. (mihi) 55, 57, 61. *d.* Lib. I. c. I. p. 30. *e.* In Peripl. Pont. Euxin. pag. 110. *f.* Part. 2. pag. 60.

tâ, omnem *vehementem* ac præſertim *fremebundam* notat *concitationem.* Hinc de beſtia furente, (ut de Tauro, aliisque,) dicimus *Bús*, vel, meg *Búſúlt*; atque Dei etiam *indignationem* vel *iram ardentem*, Metaphoricè, ex eodem fonte dicimus, *meg Búſult harag*, h. e. vehementer concitata ira; vel *Búſúlás.* Radix quoque hanc generalem ſignificationem oſtendit; nempe, בָּעָה, (*Baah*,) h. e. *Bullas excitavit, eructavit, intumuit*; quorum omnium fundamentum eſt *interna concitatio.* Unde, rectè noſtro idiomate dicitur, *Bús Tenger*, vel, *Meg-búſúlt Tenger*, h. e. Fremebundum Mare. Sic etiam *Bús-poros*, rectè antiquiſſimis *Scythis* pro denominanda dicta Maris anguſtia, fuit uſurpatum. Nec eſt dubium, à *Scythis* fuiſſe hoc nomen Freto huic impoſitum; cum Scythici Boſpori & Thracici, iidem populi fuerint denominatores. *U* noſtri & Græcorum O differentia in principio vocis, pro nulla reali hîc reputatur. Nota hîc obiter, etiam *Phineus*, nomen Vatis & Regis Boſpori Thracici, *g.* in littore *Bithynorum*, annis circiter 1286. ante Nat. Chr. eſt purè Hungaricum *Fényes*, ſeu *Fényös*, (quod in re idem eſt ac *Phineus*,) h. e. *Splendidus*, *Illuſtris.* Proximè eſt formatum à *Fény*, (h. e. Splendor;) quod

g. Vid. Apollon. Lib. 2. v. 177, 178. & 236, 237, 238. Item, Diod. Sicul. Lib. 4. p. 247. Apollod. Lib. 1. & Gyllius de Boſp. Thr. Lib. 1. p. (mihi) 12.

item, venit à פנה, (*Phana,*) Reſpexit, Intuitus eſt: vel ab inuſit. פנע, *Manifeſtavit.*

LXXXVIII. *Byzantium*, antiquum *h.* Urbis Conſtantinopoleos nomen, ſive à viro aliquo (ut Græci volunt,) fuerit deſumptum, ſive ſecùs formatum; certum eſt Linguarum peritis, non eſſe origine Græcum. Quolibet autem modô quæras in Hungarico idiomate, non fruſtra laborabis. Quoad primum: *Byzas* dicitur is fuiſſe, [nepos vel *Jûs*, *i.* (filiæ ſive *k.* *Inachi* ſive *Jaſi*,) vel recentior aliquis *Rex* Tractûs *l.* *Byzantini*,] à quo Urbs juxta Græcos nomen hoc accepit. At verò *Byzas*, quid quæſo aliud eſt rei congruentiſſimè, quàm vel *Búzás*, quod eſt nobis *Triticum habens*, ſeu

h. Habes hoc etiam apud Herod. Lib. 5. *i.* Ita Steph. de Urb. in voc. Βυζάντιον. *k.* Utramque de parente *Jûs* ſententiam invenies apud Apollodor. l. 2. Vide ſupra de hoc *Jaſo* & *Jone*, Part. I. p. 433, 434. Eſt autem *Jo*, ipſiſſimum noſtrum *Jó*, vel *Joó* (à יאה.) h. e. Bona, Placida. Nomen etiam *Inachi*, primi Argivorum Regum Parentis, annis circiter 1857. ante Nat. Chr. palàm noſtris *Inancs*, (h. e. *Inánch*,) & *Ajnács*, (h. e. *Ajnách*,) nominibus locorum, cognatum eſſe videtur. Radix eſt, אנח, (*Anach*,) Gemuit, Suſpiravit: vel etiam, *Cecinit.* *l* Ita Diod. Sicul. Lib. 4. p. 252. tribuit *Byzanti*, Regi Oris Ponti, (ſe. Boſp. Thr.) qui vixit annis circiter 1286. ante N. C. *Jaſoni* & *Phineo* coævus. Aliqui *Byzæ* Regi Megarenſium vel Thraciæ tribuunt. Vid. Euſeb. Chron. Pauſanias autem Rex Spart. fuit ejus amplificator, annis circiter 479. ante N. Chr.

Tritico dives; vel *Vizás*, (Græcis more ipſorum mutatô *V* in *B*,) h. e. Piſcibus *Viza* ſeu *Biza* dictis, abundans? Illud eſt ſubjunctione *s* in fine more noſtro adjectivum à *Búza*, quod nobis ſignificat *Triticum*. Nempe a rad. ביזא, (*Biza*,) ׳ mutatô in ו, quod Chaldæis eſt *Mamma*. Rectè τὸ *Búza*, humanæ *ſuſtentandæ* vitæ *medium* optimum à tali radice deducitur. Non minus enim hoc confert ad humanam in genere vitam, quàm Mamma ad infantes ſuſtentandos. Involutum autem olim fuiſſe ſub hac radice, (in formâ בוז, *Buz*,) etiam ſignificatum τὸ *plenum eſſe*, *intumeſcere*, item *viribus valere*; facilè colligo ex verbis inde accedente paragogico formatis, nempe, *Buzog*, fervet, & *Buzdit*, Fervere facit. Hinc fortè orta ſunt noſtra Pagorum nomina, *Buzita*, quaſi *Buzi-tó*; Q. d. Intumeſcentiæ Lacus; (ob viciniam talis Lacûs;) & *Buzinka*; cujus poſtremum *Inka* quid noſtris, niſi fortè *nervulus* eſſe poſſit, hactenùs me latet. Sed ad rem. Alterum autem τὸ *Vizás*, eſt pariter adjectivum à dicto piſce *Viza*; qui dicitur ſic, vel quia eſt בִּיזָא, (Vizza, ſeu Bizza,) h. e. *Præda*, vel *Lucrum* magnum Piſcatorum: vel propiùs à noſtro *Víz*; (aqua; cujus etiam eandem quam illius ſupra *m.* dedimus originem;) eò quod κατ᾽ ἐξοχὴν, hoc nomen ab olim à Piſcatoribus acceperit,

m. Part. I. pag. 299.

quòd ſit *Viza*, (loco *Vizi*;) quaſi *Vizó* vel *Vizály*, h. e. Aquatile, tranſlatô hîc generali ad ſpeciale; quod non rarò fit. Vocatur autem hodie apud nos *Viza*, (Illyricè & Bohemicè *Vuyz*, *n.* Polonicè *Vuyzina*,) piſcis Danubii & Tibiſci è Ponto aſcendens, inter fluviatiles vaſtiſſimus; qui vulgò ab Authoribus *Antaceus*, item *Huſo*, dicitur. At olim, ſive hic ipſe fuerit Piſcis, (nempe major in mari,) ſive alter huic cognatus; procul dubio juxta *Pontum* eum noſtri vocarunt *Viza*, qui & ab aliis Scythicis populis ſic vocaretur, inprimis ad Byzantium. Dubitari ſaltem poteſt, annon quadantenùs noſter *Viza*, alter ſit ab eo, quem authores *Antaceum* vocant. Nam ſcribit *Geſnerus*, quòd *o.* *Antaceum Ungari, piſcem Tock appellant.* Atqui hic piſcis alius eſt noſtris à *Viza*. Niſi dicamus, Geſnerum in hoc ſuo conceptu deceptum eſſe. Quicquid de hoc ſit, conſtat ſaltem, *Byzantinum* tractum fuiſſe ab olim celebrem ex Piſce, qui Græcis *Amia*, Scythicis autem populis, *Viza*, *Byza*, *Wyz*, *Vuyz*, & *Wuyzina*, fuit dictus. Hinc Rondeletius de Amia: *p.* *Ἀμία à Græcis dicitur; - - à noſtris* (Gallis ut reor Narbonenſibus,) *& Hiſpanis Byza, quaſi* B Y-Z A N T I A, *ut opinor: amia enim* B Y Z A N-

n. Sic refert Geſnerus, de Aquatilib. p. 60, 61.
o. De Aquat. p. 59. *p.* Apud Geſner. de Aqu. p. 42. Conf. ibid. Geſn. p. 44.

TINA in PRETIO habebatur. Sic ille. Ubi de ratione nominis ego potius dico, ab Hiſpanis & aliis dictum ideo fuiſſe hunc piſcem *Byza*, quia ſive hic ſive alter ſimilis ita ab antiquis *Byzantinis* vocaretur, à quibus ſine dubio ſuum *Vuyz* Illyrii habent; ac Hiſpani quoque per ſuos majores ab Oriente id nomen acceperunt. Hîc jam videmus utrumque hoc nomen & *Búzás*, & *Vizás* tale eſſe, quod & Tractui integro, qualis eſt *Byzantinus*, (tum tritico tum piſcibus ejuſmodi dives,) & perſonæ iisdem abundanti, rectè potuit ac poteſt tribui. Et cum *τῦ Byzas* Genitivus apud Græcos ſit *Byzantos*, Dativus verò *Byzanti*, facillimè hinc additâ terminatione *on*, potuit à Græcis formari *Byzantion*. Atque hæc de primo nominis hujus formationis modo.

LXXXIX. At verò ego, licet ultro agnoſcam nomen tum *Búzás*, tum *Vizás*, (è quibus eſt Græcorum Βύζας,) ſive de Regione ipſa, ſive de perſonis quibusdam, ſive de utrisque, olim in Tractu *Byzantii* apud *Scythas* & ab his etiam apud Græcos fuiſſe uſitatiſſimum; præfero tamen pro nomine Urbis *Byzantii* eam viam, quâ absque Græcorum Dativo *Byzanti*, integrè hoc nomen, cum literis *n* & *t* in fine, è fonte *Scythico* formatur. Quod per compoſitionem geminâ etiam fieri potuit ratione. Primò; ut locus ille dicere-

tur *Buza-hant*; † h. e. Tritici Ceſpes. Hinc adjectivum *Buza-hanti*; qui nempe eſt de illo loco, vel inde denominatur. Cui vel ipſi Græci poterant addere *on*, vel potius Scythicum *'On*, (Hoſpitium, Munimentum,) ut in *Ilion*, ab ipſis Scythis fuit ſubjunctum. Vel Secundò, *Bü-Szántó*; h. e. Ubertim habens agros arabiles. Quod Tractus *Byzantinus* talis ſit, rei veritatem illic experti, (inter quos eſt *Gyllius*, *q*) nos docere poſſunt. Hinc Phavorinus τὸ Βύζαντες, explicat per πλήθοντες, h. e. *abundantes*. Primi membri *Bü*, jam *r*. dedi originem. Alterum verò Partic. *Szántó*, (quod in Hungaria tum locorum nomen, tum familiarum cognomen eſt,) venit proximè à noſtro *Szánt*; h. e. arat; & hoc ab Hebr. זן, (Zan,) *Alit*; addito paragogico *t* in fine, quod & in aliis non paucis obſervo: ut ſic *Zánt*, vel *Szánt*, ſit idem propriè, quod, *Alimentum arando procurat*. Hinc à *Bü-Szántó*, fit *Bü-Szánti*, (contractè, pro *Bü-Szántai*,) h. e. *Bü Szántienſis*, vel *Bü-Zantienſis*. Hîc quoque *on* in fine eodem modo, quò ſuprà, potuit addi. Atque ſic jam, ſi ſcripſerimus,

Pars II. *Bü-*

† *Hant* nobis dicitur, terra præcipuè denſa, pinguis ac ſibi cohærens, quæ ligone vel aratro ſubvertitur. Quod venit vel proximè à noſtro *Hány*, Disjicit, Loco movet; quod item à חנן deduco: vel ab Hebr. הון, *Hon*, (Sufficientia,) addito paragogico, *t* in fine. *q*. Vid. eum de Boſp. Thrac. l. I. p. 15, 17. *r*, Parag. 85. h. cap. p. 264.

Bii-Zánti-on, nihil eſt, quod hoc in re diſtinguat à vulgato, *Byzantion.* Porrò, annon etiam dictum ſit olim noſtris, à *Búza*, *Búzántz*, (tritici copiam exprimens,) & inde *Buzántzi*, ad formam *Makrantz*, *i*, *Szalántz*, *i*, *Zobrántz*, *i*; definire hâc vice nequeo. Varii enim ac varii noſtrorum majorum modi loquendi & flexiones vocum, cum tempore feliciùs addiſcentur. Non dubito me hîc ea de *Byzantii* etymo congeſſiſſe, in quibus certò verum ejus antiquum nomen reperiatur. Quodnam verò præcisè illud ſit, dies adhibitâ induſtriâ nos docebit. Indicium item ex his ferri poteſt, etiam de nomine tum Indiæ ſ. tum s. Africæ (circa Carthaginem) *Byzantii.* Sed & *Byzacium*, (quod idem cum *Byzantio* Africæ,) cujus regio frugum eſt t. fertiliſſima, longe meliùs ex *Scythico* ſermone illuſtrabitur, quàm ex nuda voce Chald. בזיא, h. e. *Mamma*; unde jam doctiſſimus Bochartus rectè quæſivit ejus originem, ſed inde eam plenè aſſequi non potuit. Fuit ergo illud olim, vel *Búzák* in plurali; vel potius quod præfero, *Bii-Szák*, ſive *Bii-Szak*, * (bre-

ſ. Arrian. in Peripl. Maris Erythr. s. Steph. de Urb. t. Vid. Plin. Lib. 5. c. 4. & Lib. 18. c. 10. Et conf. Boch. Chan. l. 1. c. 25. & Th. de Pined. Not. in Steph. * *Szak* & *Szaka*, plenitudo prominens ſub mento, & *Szák háló*, h. e. Rete angulum protenſum habens, vim hujus vocis oſtendunt. Hinc etiam nomina locorum *Szák* & *Szakaly*.

vi *a*,) h. e. *Fertilis plaga*, *pars*, vel *prominentia* : ſicut Aquilonem dicimus *'Eſzak*, quaſi vel *'Ej-ſzak*, h. e. Noctis plaga, vel potiùs *'Eh-ſzak*, h. e. Famelica plaga; ita è contra fertiliſſima regio Africæ dicta eſt *Bü Szak* ; ab iis olim, qui eundem cum noſtris majoribus aut certè cognatum habuere ſermonem. Inde adjectivum *Bü- Szaki*, vel *Bü- Zaki*, eſt *Bü-Zakinus*, h. e. Byzacenus.

XC. An verò *τὸ Zygantes* Africæ apud Herodotum, *u.* quod Stephano *x. Byzantes*, non ſit ex *Szög-hant*, h. e. Anguli ceſpes, unde adjectivum *Szög-hantos*, vel *Szög-hanti* ; in medio relinquo. Id potius adhuc ad noſtrum facere ſcopum inculco, quòd *Byzantium* Thraciæ à quo digreſſi eramus, aliqui *y. Argivorum*, aliqui *z. Megarenſium*, aliqui *a. Atticorum*, aliqui junctim *b. Megarenſium*, *Lacedæmoniorum* & *Bœotiorum* coloniam fuiſſe ſcribunt. Antiquius quoque nomen Byzantii apud Plinium *c. Lygos*, eſt purè Hungaricum *Lúgos*

Rad. eſt צבק, (*Zavak.*) Plenum, inflatum, protenſum eſſe.

u. Lib. 4. c. 194. *x.* In voc. Βύζαντες. Et conf. Not. Pined. & Bochart. Chan. Lib. 1. cap. 25. *x.* Vid. Heſych. Mileſ. (qui floruit ſeculo ſexto) in Reb. Patr. Conſtantinopol. inter Script. Byz. p. 24. & conf. in eum Not. Joh. Meurſii. *z.* Ibid. *a.* Ammian. Lib. 22. p. (mihi) 229. *b.* Conſt. Porphyrog. & ex eo J. *Meurſ.* in Heſych. & Pined. in Steph. *c.* Plin. Lib. 4. c. 11. *Byzantium*, *antea LYGOS dictum*.

d. vel *Lúgas*, in hunc uſque diem nomen loci in Hungaria. Nomina etiam fluviorum ad Byzantium *e.* *Kydaros* & *Borbyſes*, ſunt Hungarica, ſi rite excutiantur. Nempe *Kudaros* vel *Kudoros*, (quod hodie diceretur *Kúdorgós*,) h. e. Per *anfractus f.* huc atque illuc divagans; & *Bor-búzás*, (ob tractum adjacentem,) h. e. Vino triticoque *g.* abundans. Poteram dicere *Bor-vizes*; (compoſit. ex vino & aqua;) ſed prius præfero. His ita ſe habentibus, ne miremur quod olim non quievere noſtri *Hunni* & *Hungari*, uſque dum *Byzantinos*, ceu antiquæ majorum ſuorum terræ poſſeſſores, ſibi *tributarios b.* fecerunt. Si cui hæc proximè de nominibus aliquot dicta minùs placeant; videat ille priùs, an poſſit ipſe de iis non dicam meliora, (quod, veritatis evidentiâ fretus, non metuo,) ſed vel ſaltem his ſimilia, ex alio præterquam *Hunno-Scythico* idiomate, in medium afferre. Hanc ſaltem modeſtiam ab eo meritò requirimus, ut loco mordacitatis in proximum, (quam à nullo bono & pacifico expectamus,) eventum, ſeu veritatis inter tot humanæ mentis errata, manifeſtationem, committat patienter implemento

d. Quid hoc ſit, vid. ſupr. §. 80. h. cap. p. 254.
e. Heſych. Mil. loc. cit. Κύδαρός τε καὶ Βαρβύσης. Aliis *Barbyſes*. *f.* Vid. Gyl. ex Dionyſ. Byzant. in Boſp. Thr. Lib. 2. c. 3. *g.* Vid. Gyll. loc. cit.
h. Vid. Supr. Part. I. pag. 112, 113. & 189, 192, 193. & 254.

illius dicti, cum tempore futuro: *Opinionum commenta delet dies, Naturæ judicia confirmat.* Sed jam tempus eſt, ut coronidis loco, celeberrimum *Amazonum* ad Thermodonta *i.* primum natarum nomen, capite ſequenti explicemus.

i. Sic Trog. Pomp. apud Juſtin. Lib. 2. c. 4.

CAP. XIV.

In quo, *celebratiſſimum Græcis Latiniſque nomen,* Amazon, *explicatur. Fruſtra Græci alieni nominis originem apud ſe quæſierunt. Vanitas Etymi* ἀπὸ τȣ̃ μαζȣ̃ *&* α priv. *denudatur & evertitur. Nomen Amazonum* Æorpata *apud Herodotum quid ſignificet, probabili expoſitione docetur.* Æorpata *videtur eſſe, vel* Urra-Patvar, *vel* Urra-Paté, *(in Dominum, h. e. in Virum contentio,) eò quod Mulieres* Amazonicæ *contra* viros *pugnarent. Non eſt* Amazon *etiam ab* α *priv. &* μάζα, *h. e. polenta hordeacea, ut vult eruditiſſ. Petitus. Sed nominis hujus origo, ex lingua Scythica,* Amazonibus *vernacula, aut quacunque eis olim familiari, quæ vim dicti nominis in ſe comprehendat, debet quæri: ea verò, cum in nulla alia extra* Hungaricam *reperiatur, rectè ab Hungarico* Aſzſzony, *(quod in re eſt* Azzon.*) h. e.* Mulier, *& præfixâ demonſtrativâ particula.* Am, *deducitur. Radix* τȣ̃ Azzon, *eſt* עז, (Azaz,)

Roboravit. Unde, עז, Az, *quaſi* Azz, *Robuſtus*, &c. *& hinc accedente paragogico*, Azzon, *h. e. Robur*, *vel Robuſta*, *Virtuoſa*. Radix עון & אמץ, hinc rejicitur. *Valor vocis* Aſzſzony *genuinus apud Hungaros*, *non eſt in genere fœmineum ſexum*, *ſed ſpecialiùs*, *virtute claras & inſignes mulieres notare*, *non obſtante tranſlatione ejus ad vulgatiorem hodie uſum*; *Argumento eſt*, *quod in Aulis κατ᾽ ἐξοχὴν ipſæ* Dominæ *earumque filiæ vocantur* Aſzſzony. *Id confirmat ſuâ ſignificatione*, *etiam abſtractum inde formatum* Aſzſzonyſág. *Videtur olim τὸ* Leány *commune apud Hungarorum majores fuiſſe ſexui muliebri.* *Interim* mulier uxor, *dicitur Hungaris peculiari nomine* Feleſég. *Quomodo ex particula demonſtrativa* Amaz, *factum eſt* Am, *ut inde & ab* Azzon, *fieret* Amazzon; *& qua ratione Græci ſimplici ζ dixerunt* Ἀμαζών, (Amazon,) *explicatur. Ex nomine Mulieris Arcadicæ* Azano, *origo nominis data ab* Azzon, *illuſtratur. Ubi aliquid* etiam *de genuina τοῦ* Arkas *ſignificatione interſeritur.* *Nomen* Azzon *à viris ad mulieres olim eſt tranſlatum.* Olooſſon *apud Homerum eſt* Oláh-aſzſzony, *h. e. Walachica mulier. Radix τοῦ* Oláh *obiter tangitur. Data τοῦ* Olooſſon *per* Olah-aſzſzony *expoſitio*, *ampliùs illuſtratur.* Amazones *ſine viris non fuere.* Amazonum *Heroinæ & Principiſſæ*, *ſuos ſubjectos*, *tum viros tum fœminas conſilio &*

 autho-

authoritate ſuâ rexerunt; bella (unà cum ſuis) glorioſè geſſerunt; atque ex his ob raram rei novitatem, nomen ſibi comparârunt. Sauromatæ, *muliebris ſexûs poteſtati ſubjecti apud Plinium. An* Maritos *habuerint, ſummâ poteſtate prædita inter* Amazones? *An Author ſuum de* Origine Hungarorum *ſcopum ſit aſſecutus; æquum judicium, ex dictis in hoc libro, perſpicere poteſt; quod ampliùs etiam paucis illuſtrat Author. Cur* Amazones *apud Virgilium dicuntur* Threïciæ, *& apud Scholiaſten Apollonii,* Thracum *dialecto uſa? Solvitur. Deinde,* Epilogus *ſubjicitur.*

I. Nomen *Amazonum* inde ab Homero adeò decantatum eſt in ore & ſcriptis Græcorum, quos imitati ſunt Latini, ut vel hoc ſatis indicet, quàm maximè fuere illæ, omnibus paſſim Græcis & Latinis celebres & admirabiles. Deſudarunt Græci multum in invenienda nominis origine; nunquam tamen rem (ut ajunt) acû tetigerunt, ſed ſemper à ſcopo valdè aberrarunt. Quæſierunt enim ſemper fruſtrà nominis originem in ſua lingua, quod non erat Græcum, ſed alienum. Hinc unus illô, alter aliô modo, circa nominis originem, turpiter hallucinatus eſt. Vidimus jam ſupra *a.* varias veterum hac de re opiniones vel conjecturas in uno cumulo, apud

a. Part. I. pag. 10.

Scholiaſtem Græcum Æſchyli; quorum omnium ſententia maximè circa *mammas* mulierum hæret, quòd *μαζὸς* (*Mazos*,) Græcum ſignificet *Mammam*. Atque hinc putabant illi, quaſi τὸ *Amazon* eſſet compoſitum ex α privativo, & voce *μαζὸς*, easque ſic dici, *ἀμαζὼν*, in ſing. & *ἀμαζόνες* in plur. (*ſine Mamma*,) quia non uterentur in infantia mammis, ſeu lacte Mammarum muliebrium; imò nec *farinaceis*, etiam adultæ; ſed *ſiliquis*, atque *etiam teſtudinibus*, *lacertis & ſerpentibus*: ut ex nugacibus fabulis tradit *Euſthatius b.* in Homerum. Aliqui negati uſûs *Mammarum*, hanc adjiciebant rationem; quia tantùm equarum lacte in infantia & puerili ætate veſcerentur: quod etiam eſt merum mendacium, ipſi naturæ omnium animalium repugnans; ut nempe mater infantem ſuum vel ſuam, penitùs privaret lacte ſuo. Sed inſuper quis non videt inſufficientem hanc eſſe cauſam & meram vanitatem ad hoc, ut Mulieres illæ dicerentur *Amazones*; nempe, ut volunt Græci *ſine Mammis*, vel ſine Mammarum uſu? Nam ut taceam, ineptam eſſe hanc de mulieribus apud Græcos terminationem, *ων*, ex *alpha* privativo, & ἀπὸ τοῦ μαζοῦ, (quacunque fiat ratione,) ut ſimilia compoſita, *ἄδολος*, *ἄλογος*. &c. oſtendunt; quæri hîc meritò po-

Pars II. teſt,

b. Tom. 1. Iliad. Γ. pag. 402. edit. Rom. Μὴ χρῆσθαι Μάζαις, τρέφεσθαι δὲ καὶ πυ καὶ χελώναις, καὶ σαύροις, καὶ ὄφεσιν.

teſt, cur maſculis præbuerunt matres Mammas, ſi puellis noluerunt præbere? Aut ſi maſculis etiam denegarunt, (quod tamen pariter falſum,) cur ergò ob eandem rationem, etiam viri, *Amazones* non ſunt vocati? Vides! hæc eſſe tantùm deliramenta vanarum mentium. Aliqui nugabantur, quaſi penitùs non habuiſſent Mammas *Amazones*; quod etiam falſum; idque tum à natura, tum à Græcis Scriptoribus refellitur.

II. Communiſſima verò omnium fermè veterum Græcorum (& ab his Latinorum) ſententia erat, quaſi ideò ſic dictæ fuiſſent, quia unam tantùm mammam nempe ſiniſtram, habuiſſent, alterâ verò, ſcil. dextrâ, (ne in jaculando impedimento iis foret,) penitùs caruiſſent; ut nempe quam adhuc in infantia matres eis exuſſiſſent: quæ ſententia refertur (ut jam *e.* vidimus,) etiam à Medicorum Principe, *Hippocrate.* Sed & hæc opinio, merum eſt figmentum, ac meræ nugæ eorum, qui alia etiam non minora his olim finxerunt. Hippocrates & alii eruditi, non examinantes benè fabulam, (ut quorum nec intererat examinare,) fidem aliis nugatoribus dederunt. Ut enim taceam, quòd neque ſic poterat dici talis mulier penitùs *ἀμαζὼν*, (vel rectiùs Græcis ἀμάζη, ut jam innui,) h. e. *ſine mamma*; habebat enim adhuc unam mammam;

e. Part. 1. pag. 9, 10.

hoc vel maximè evertit illud mendacium, quod penitùs pugnet cum deſcriptione *Amazonum* veterum. Deſcribuntur enim præſertim antiquæ, quod fuerint formoſiſſimæ, ſpectatiſſimæ; ut non dubitarit *Quintus* Smyrnæus Poëta, *Penthesileam*, † Amazonum Reginam, cum adjunctis ſibi duodecim venuſtæ formæ Amazonibus, à Thermodonte venientem Trojam ad Priamum, commendare ob formam, quòd fuerit *d. Mulier Dearum præferens ſpeciem.* Atqui tolle *mammam* unam mulieribus, ut hac in parte eas detrunces; facies ex eis monſtrum, non mulieres viris magnis ut erat *Priamus*, ſpectabiles. Exquire hîc Mulieres origine Scythicas & Amazonicas, quæ hodie ſunt in Europa, hoc eſt, *Hungaricas*, *Sclavonicas* in eadem Patria & *Alanicas* ſive *Gothicas*, (quarum omnium, dum contra tempeſtatem aëris, vel alias injurias, ſe arctè tegere non coguntur, præcipuum ornamentum cenſetur ex more, eminentes habere mammas, ſub tenui ſindone, & tranſverſâ certo ordine faſciâ * thoracis, recondi-

 tas,)

† Hungarico ſermone videtur eſſe, quaſi *Penetéſi-Leány*; ita ut *Leány*, (h. e. ſexus fœmineus,) potuerit olim dici etiam ſine paragogico, *Lea*.

d. Quint. Smyrn. Derelict. ab Homer. Lib. I. verſ. 20. Ηλύθε πενθεσίλεια θεῶν ἐπιειμένη εἶδος.

* Hanc puto *cingula exſerta mammæ ſubnexa* dici apud Virgilium, de *Penthesilea* loquentem. Æneid. I. v. 498.

tas,) exquire inquam, an ſe ornatas putarent eſſe, ſi una *mammâ* penitùs carerent? Non dubito, quin multæ, quantùm ad ornatum & uſum lactandorum parvulorum, non minore nævo ſeſe hac in parte defœdatas & detruncatas judicarent, quàm ſi uno oculo carerent. Nec ambigo quin etiam cæteræ mulieres extra Hungariam, conſentiant in hoc noſtris, quod mulieres dextrâ mammâ carentes, qualemcunque habeant faciem, non integrè formoſæ, ſed in præcipua parte, defœdatæ ſunt, & detruncatæ. [Conſule etiam Petitum ‡ de *mammis* Amazonum, ex Virgilio & Qu. Smyrnæo differentem.]

III. Sunt etiam inaniſſimæ nugæ veterum Græcorum, quaſi dextram mammam habentes, non potuiſſent tela benè jaculare in hoſtem. An non poterant tunc commodè tegere mammas, imprimis quæ amictû virili fuere indutæ? An pingues quidam viri ſatis carnoſa pectora habentes, ob id ſibi mammam alterutram exurere debent, quaſi non poſſent ſecus tela in hoſtem emittere? Quid dicerent fabulatores iſti de illis Amazonibus, quæ vel utraque manû æquè, vel ſiniſtrâ præcipuè tractabant tela in jaculando? Nugæ nugarum ſibi conſtare nequeunt. Et cum tot nugarum

Pars II. olim

‡ Diſſert. de *Amaz.* c. 22. pag. (mihi) 143. & 144. Conf. Arrian. de Exp. Alex. Lib. 7. p. 469. ed. Amſtel.

olim Græci authores fuerint ; quis iis credat etiam de mammis infantium Scythicarum dexteris , ferro exuſtis ? Si fortè ſtolidæ quæpiam , & præ aliis immaniores , aliquid tale in corpore puellulæ ſuæ tentaſſent ; non tamen omnes in illa dementia eas ſecutæ fuiſſent. Habent enim & Nationes Ethnicæ eam rationem , quâ ſciunt infantes non detruncandas , ſed maternè alendas & curandas eſſe. Quod idem norunt de virili infante.

IV. De *Amazonum* alio nomine , hoc lego apud unum Herodotum ; quòd , *e.* τὰς Ἀμαζόνας καλέουσι Σκύθαι Αἰορπατά. i. e. *Amazones vocant Scythæ Aiorpata* , vel *Æorpata.* Subjicit : δύναται δὲ τὸ οὔνομα τοῦτο , κατ᾽ ἑλλάδα γλῶσσαν ἀνδροκτόνοι. αἰὸρ γὰρ καλέουσι τὸν ἄνδρα , τὸ δὲ πατὰ , κτείνειν. H. e. *Valet autem hoc nomen juxta Græcam linguam* , idem quod , *VIRICIDÆ. Nam ÆOR vocant virum ; PATA autem* , *interficere.* Si benè obſervaſſet *Herodotus* , & benè ejus Hiſtoria nobis referret Scythica vocabula ; haberemus hîc tùm nomen *Amazonum* , apud quosdam Scythas versùs Tanaim & Mæotidem , tùm etiam ſeorſim duo vocabula Scythica. Sed dupliciter erraſſe *Herodotum* in hac relatione , perſpicuè animadverto. *Primò* in hoc ; quòd ille putaverit nomen hoc , ab uno vel altero Scytha , aut Scythicè intelligente prolatum , proprium & pecu-

e. Herod. Lib. 4. c. 116.

peculiare ita fuiſſe *Amazonibus* apud Scythas; quaſi aliud nomen non habuiſſent, & quaſi veteres Scythæ ignoraſſent quid ſit nomen *Amazon*: cum tamen hæc denominatio erat tantùm deſcriptio quædam mulierum illarum, quaſi jocoſa, & ad facetias comparata, quod in prælio non curârint affectum illum, quô, mulieres peculiari modo ducuntur in viros, præſertim formâ decoratos, (& pariter viri in mulieres;) ſed affectû illo tunc ſibi excuſſô, viros etiam, quantumlibet formâ præſtantes, (ſi hoſtes fuerint,) interfecerint. Ita etiam deſcribit Æſchylus eas, *f.* Αμαζόνων στρατὸν στυγάνορα, *Amazonum exercitum Viros-odientem.* (2.) Non puto etiam ſive compoſitum nomen, ſive vocabula ſeorſim, eum rectè nobis retuliſſe: ſicut in referendis aliorum vocibus, ſæpiſſimè turpiter errant illi, qui ſe in talium idiomate, non exercuerunt. Niſi fortè dicamus, obſcuri nominis aliquos Scythas peculiarem linguam in aliquo angulo habentes, illis vocabulis uſos fuiſſe. Ceterùm, nullâ ratione video, quòd quiſpiam e Sclavonicâ, vel Gothicâ, ſeu Germanica veteri, (qualis hodie eſt apud noſtros populares,) in illum ſenſum, in quem hîc refert Herodotus, vocabula *Æor* & *Pata* poſſet explicare.

V. At perſpicio ego ex indiciis non contemnendis, noſtrorum majorum linguam, hîc

f. In Promet. Vinct. v. 722, 723.

ab *Herodoto* non rectè fuiſſe obſervatam & relatam. Si enim ſcribatur, *Ur* * - *Patvar*, vel *Urra-Patvar*; erit jam intelligibile apud Hungaros. Quod veteribus ſignificabat, τὸ *In Dominum inſurgens*; vel *Domino repugnans*. (Hodie propriè eſſet, In Dominum calumnia, vel adverſitas.) *Patvar* enim [à Chald. פתור, Petavvar, *Infringere*;] notiſſimum noſtris vocabulum eſt, vel pro calumnia, (ut apud Juriſtas,) vel in genere, pro adverſante aliquo, ut cum dicunt: *Micſoda patvar az?* Quid adverſi, vel, quid mali eſt illud? Unde facilè evincimus, veteribus noſtris, τὸ *Patvar* in uſu fuiſſe, pro repugnantia & adverſatione quadam terrifica; uti *Amazones* muliebre genus, terrificum agmen pugnans, erant viris hoſtibus, quòd contra naturam quaſi viderentur agere, dum viros invaderent. Dico ulteriùs: Cum etiam τὸ *Pata* noſtris *pugnam* vel *contentionem* olim ſignificâſſe jam g. monuerim; unde ortum eſt compoſitum, *Cſeté-paté*, (ſeu *Chate* † - *paté*,) h. e. *pugnax contentio*: hinc etiam *Æor-Pata*, h. e. [veriùs,] *Urra-*

* Nota hîc; etiam antiq. Britannis *Dominus* vocatur *Jor*; cujus forma propiùs accedit ad Herodoti *Æor*; qui poterat hoc audiviſſe ab eo, qui ita remotiùs à rad. אור, pronunciando recederet.

g. Part. 2. p. 120. † Rad. τῦ *Cſaté*, h. e. *Chaté*. eſt חתת, (*Chatat*,) quòd in Hiphil eſt, *Confregit*, *Exterruit*. Alterius radix jam data eſt ſupra.

Urra- Pata, iterum cum priori *Urra-Patvar*, ſenſu fere coincidet. Eſt enim, idem quod, *in Dominum* ſeu *Virum pugna*, vel *contentio*. Si verò dicamus *Ur-Pata*, (vel *Paté*,) jam ſic ſenſus erit: *Domini* ſeu *viri contentio*. Ex eodem fonte puto eſſe etiam nomina locorum *Pata* & *Pataj*, in Hungaria notiſſima. Alterum vocabulum *Ur*, in hunc ſenſum uſurpari hîc poterat. Amazones ſunt *Patvar*, vel *Pata* (pugnans agmen) in illos, qui alias ſolent ipſarum eſſe *Domini*, h. e. in Viros. Noſtræ enim mulieres Hungaricæ, cujuſcunque ſint Religionis, tam Nobiles quam ignobiles, (niſi inter has pauciores & bardiores excipias,) *Viros* ſuos honoris ergò ſolent vocare *Dominos* ſuos; non verò, hominem ſuum, vel de nomine ejus. Adeò ut nulla ſit ruſtica, quæ ignoraret honeſtiorem illam denominationem; interim ob ruſticam ſuî naturam facilè obliviſcitur tituli mariti; nec tamen nomine ſuo, *Johannem*, *Petrum*, vel aliter eum compellat; ſed dicit *Gazda*, h. e. Paterfamilias. At Civiliores, ſive divites, ſive pauperes, conſtanter Maritos ſuos, vocant *Dominos ſuos*: nec poſſum dubitare, ob naturalem Nationis illius, in titulis honeſtis cuique tribuendis morem, mulieres noſtras ab antiquo, hoc in compellandis Viris obſervâſſe. Retuli hæc ideò ex Herodoto, ut videremus, nequaquam ab eo, nomen *Amazonum*, ita ut deſideratur, expli-

explicatum eſſe. Adhuc enim manet dubium, quid ſit ex origine ſua, *Amazon.*

VI. Eruditiſſimus *Petitus*, qui ſanè eruditè de Amazonibus diſſeruit, veterem quidem nominis *Amazon* originem, à Græcis datam, rectè rejicit; at nec ipſe veram aſſecutus eſt, dum ſcribit: *b. Non deſunt, qui ne pane quidem aut mazâ, (ita Græci polentam bordeaceam, aliquo humore madefactam, quæ cruda ederetur, vocabant,) eas* (nempe Amazonas) *uti conſuetas cenſeant; ideoque* Ἀμάζονας *dictas ab α privante & μάζα: non autem ut vulgò creditur, a mamma, quæ μαζὸς Græcè dicitur, privatione.* Nam præterquam quod hæc etiam deductio vocis, æquè deviat à legibus Grammaticæ Græcorum, quantùm ad mulieres, ac illa à privatione mammæ; nullo modo eſt credibile, Heroinas *Amazonum*, & quaſcunque potentiores inter illas, in terra præſertim bona, ut eſt Tractus *Thermodontis*, & multa alia loca, olim ab *Amazonibus* poſſeſſa, penitùs ſe a *mazis*, h. e. placentis, aliiſque eduliis farinaceis, imò etiam cupediis guſtui placidioribus, abſtinuiſſe. Fruſtra etiam mulierum gente *Scythicarum* nominis origo, in idiomate *Græco* quæritur. Poterant quidem Græci nomina aliena deformare; non tamen aliis populis ab ipſorum obedientia alienis, nova ex ſuo fonte imponere. Atque ſic, aliâ

b. Petit. Diſſert. de Amaz. c. 14. p. 85, 86.

etiam viâ apud Græcos, quaſi *Amazones dictæ* fuiſſent, *i.* Ἅμα ζῶσαι, (ſimul viventes ſine viris,) in vanum nominis hujus origo inveſtigatur.

VII. Cardo hujus rei in eo vertitur; ut quæratur Lingua *Scythica*, ſive vetuſtis *Amazonibus* vernacula, aut quæcunque tandem, de qua ſuſpicio eſſet, quòd ea fuiſſet propria *Amazonum* aliquarum, aut ad minimum populorum eis familiarium; in qua exſtet nomen aliquod *mulieris*, quod tùm ſono valdè ſimile ſit huic, nempe *Amazon*, tùm verò naturam & excellentiam veterùm *Amazonum* in ſe comprehendat. Secùs enim, fruſtra quiſpiam veram nominis *Amazon* originem quæret. Si quæramus in ipſis fontibus aliarum linguarum; in iis tale quid uſitatum non inveniemus. Hebraicè enim Mulier, אִשָּׁה, *Iſſah*, & Chald. אִתָּא, *Itta*. Ab Hebraicâ tamen, radicem τοῦ *Amazon*, petemus. Apud Græcos, multò minùs quippiam tale reperiemus. Γυνὴ (*Gyne*) enim ut notum, Græcis *mulier*. Quid verò neceſſe hîc eſt referre, Italorum *Donna* † & *Moglie*, Gallorum *Femme*, Hiſpanorum *Muger*, omnia ex Latino corrupta? Nihil hîc præſtabit etiam Anglorum *Woman*; nihil Germanorum & Belgarum *Fraw*; nihil Sclavorum & Bohemorum *Zena*; ‡ (quamvis ad ra-

 di-

* Iſidor. apud Petit. de Amaz. c. 22. p. 159.
† R[illegible], Domina. ‡ A Chald. [illegible], Zun. Ale-

dicem, non quæ quæritur, ſed ad aliam, propiùs quam voces inde à Græca enumeratæ, accedat;) Nihil etiam nos juvabit Turcica עורת, *Auret*, (Mulier;) nihil Arabica אמראתון, *Imrathon*, idem ſignificans. Exploravi etiam an aliquid huc alludens, in lingua Armeniorum & Iberorum, † (quorum terras Scythæ aliquando incoluerunt,) de muliere invenirem: ſed fruſtratus ſum. Armenicè enim, (quantùm percipere potui ſyllabizando,) mulier eſt *k. Gin*; (ut ſatis apparet, ex Græco Γυνὴ:) Ibericè autem, *l. Dedacazzi.* Hæc recenſui ideò tantùm, ne cuipiam dubium ſit, latere fortè nomen illud, (*Amazon*,) in aliqua enumeratarum linguarum. Ceteroquin, quantùm ad me; quamprimùm cæpi ſcribere has *Origines*, velut ultrò quâdam occaſione, ſe menti obtulit vera & genuina origo nominis *Amazon*, ex noſtra lingua Hungarica. Quotidie in Hungaria, in ore & oculis hominum verſatur id, unde hoc petendum eſt; attamen nunquam antè animadverti: cum antea curam in id nunquam impenderim, ut originem *Amazonum* inveſtigarem.

VIII. Sic ergo rem verè habeamus. *Amazon* eſt vox compoſita, ex particula demon-

ſtrare. Poſſet etiam ab Hebr. זָנָה, *Zanah*; ſed primam originem malo pro honeſtis mulieribus.

† Sive Georgianorum. *k.* Vid. Gramm. Armen. Clem. Galani. *l.* Gramm. Georgian. ſeu Iberic. Vulg. Franc. M. Magg. p. 126.

ſtrativa, *Am*, & nomine *Azon*; vel rectiùs *Azzon*. Nimirum, *Mulier* in noſtra lingua eſt *Aſzſzony*; à parte rei idem ac ſi ſcriberetur *Azzon*: geminatio autem *Z*, in Hebræo ut notum, in hac & ſimili voce tantùm per *Dageſch* fortè exprimeretur. [Unde τὸ *Am* ad initium acceſſerit, paulò infra dicetur.] Si pro conſueto addamus emphaticam particulam, quæ hodie uſurpatur; erit, *Az Aſzſzony*; vel conformiùs ad Hebraiſmum, *Az Azzon*. *S* enim cum *z* nihil aliud (ut jam Part. 1. p. 427 dictum) facit apud nos, quàm literæ *Zain* ſonum quodammodo conſtringit; ita ut ſi peculiaris litera pro ſono *ſz* ſcriberetur, ea eſſet media inter ס & ז, cum admixtione aliqua etiam de ſono *Tzade*. Hodie idem tantùm eſt apud nos quoad ſonum, ac ſi Græcus vel Italus ſuum *S*, quàm conſtrictiſſimè pronuntiaret, ne nimis ſibilus dilataretur. *Y* autem in fine, ut jam (Part. 1. p 285) monui, peculiarem apud nos literam non facit, ſed tantùm emollit præcedentem ſuam. Ejus enim loco alias vocales *i* vel *ii* habemus. Rectè ergò ex ſua origine Hebraica ſcribitur, *Azzon*; non obſtante quòd hodie jam ex uſu, & quidem Romanis utentes literis, paulò aliter ſcribamus. Origo autem ejus, ſi tantùm mulieris erga virum ſubjectio & obedientia debita ſpectaretur, poſſet deduci à Rabbinico, אָזַן, *Azan*, audire, auſcultare; quod in Pihel eſt אִזֵּן, *Izzen*, eo-

dem ſenſû, *attendit*, *auſcultavit*; (unde & noſtrum *Izen*, h. e. Nuntiat:) verùm longè hîc alia ratio eſt de *Amazonibus*; quarum ſimul virtus & robur in origine nominis exprimi deſideratur. Venit ergò commodiſſimè ab Hebraico עָזַז, (*Azaz*, quod contractè eſt עַז, *Az*,) *Roboravit*; item *corroboravit ſe*. Hinc עַז, *Az*, quaſi *Azz*, Robuſtus, obfirmatus, vehemens, Durus, acris. [Unde profluit etiam noſtrum *Aſz*, h. e. Induratur, Exſiccatur; & *Aſzſzú*, h. e. Induratus, Exſiccatus: & forte etiam nomen *Uza*.] Adde paragogicum *on* in fine, ſubincluſo dages in ז, fit עָזּוֹן, *Azzon*; h. e. *Robur*, *Virtus*; vel adjectivè de ſexu fœmineo, *Robuſta*, *virtuoſa*, *valida*, *acris*; (cui τὸ *Uzon*, vel *Uzony*, nomen loci apud nos, tum formâ, tum radice cognatum eſſe videtur;) ad formam terminationis חַלּוֹן, *Challon*, feneſtra, à חָלַל, (Chalal,) *perforavit*, *transfixit*. Exemplum ſimile ideo appono, ut videat unusquisque, ſine ulla coactione, ultrò & ſpontè, *Azzon* ab Hebræo *Azaz*, deſcendere. Jam verò ſi more Chaldæorum, ut aliquando fit, ע mutetur in א, (ut in זֶרַע Hebr. *ſemen*, Chald. זַרְאָ,) ipſa aſpiratio eò lenior erit, ac penitùs tolletur in Latino; ut אַזּוֹן, idem Latinis literis, quod ſuprà *Azzon*. Juvat valde noſtrum ſcopum & illud, quòd, ab Arabico עזא, *Azza*, à prædicta radice Hebraica mutuato, (quod

ſignificat, *Raram, eximiam rem eſſe;* item *potentem eſſe, gloriâ pollere;*) deducitur inter alia etiam עזתון, *Azzaton;* h. e. *pullus fœmineus Dorcadis;* & aliquando etiam *Mulier* Arabibus; ut ex *Gieuhari* antiquo Arabe annotat *Golius. m.* Noſtrum tamen nomen ad Hebraicam formam longè propiùs accedit, (ut Philologi nôrunt,) imò eſt ipſiſſima forma Hebraica, ut exempla nominum Hebraicorum, *Tzaphon, Challon, Laſchon* & ſimilium, oſtendunt. Poſſet fortè hîc quiſpiam ſuſpicari, annon rectiùs à יזן (*Jazan,*) h. e. *armavit,* (unde noſtrum *józan*, h. e. ſobrius, puto derivari,) τὸ *Azzon* deduceretur, quàm à עזז; quaſi per commutationem ' in א: verùm penes datam radicem conſtanter maneo, nec puto hîc ſine neceſſitate excurrendum eſſe ad literarum permutationem; cum origo hæc per omnia rectè procedat, à dicta radice עזז, juxta memoratam formam. Nec etiam putet quis hoc ab אמץ, (Amatz,) poſſe derivari. Nam præter *fortitudinem*, & *ſexûs* ratio debet hîc haberi, & uſus vocis Scythicus conſiderari.

IX. Jam videamus, quæ eſt apud nos genuina vis & valor vocis *Azzon*, h. e. *Aſzſzony.* Falluntur illi, qui putant vocem hanc idem tantùm apud nos ſignificare, quod apud alios communiter vox *mulier.* Ita quidem uſus invaluit, tùm ob ignoratum hactenùs fontem

m. Vid. Lex. Arab. Gol. col. 1570.

vocis, tùm ob multiplicatas olim m
Amazones, tàm ex Nobiliori quàm ex
ſorte; ut communiter omnes muliere
tatæ, vel viros expertæ, jam hodie h
mine *Aſzſzony*, vocentur. Quod pa
ex eo potuit jam ab antiquo invaleſcere
nulli puellæ ex *Amazonum* genere & f
te, licuiſſet olim priùs viri participen
(ut ſupra *n.* relatum,) quam hoſtem a
interfeciſſet, & hoc modo ſe reverà
zonem vel *Azzonem* eſſe, ipſo effectû
raſſet. Hinc exſtinctis *Amazonibus*, q
maritatæ apud poſteros, hoc nome
ſortitæ. Verùm in ipſa lingua noſtra,
ipſo uſu hujus nominis, non deeſt adh
dens fundamentum, quô pateat, oli
nomen, in exortu nempe *Amazonum*
niſi præclaris & virtute Nobilibus mul
fuiſſe apud noſtros majores tributum
nempe, quæ prudentiâ, zelo, ac fo
ne defendendi patriam, & quocunque
virtuoſo Nationem ſuam promovendi
ditæ fuerunt. Id apparet (1) ex hoc
in Aulis Magnatum & Nobilium noſtr
nulla alia mulier, (etiamſi mille ade
vocatur per excellentiam & abſolutè
tulò, *Az Aſzſzony*; niſi ſola *Domina*
ſive Virum habeat, ſive vidua ſit. N
benè in Aulis famuli & famulæ, quòd

Pars II.

n. Part. I. p. 10, 11,

ſi ex uſu communi, Ruſticæ quoque ſint *Aſzſzony*; tamen cum dicitur ipſis: *Az Aſzſzony hij*; vel, *Az Aſzſzony parancſollya*; Domina vocat; Domina jubet; non quamlibet Mulierem intelligendam eſſe, ſed eam, quæ per excellentiam illum titulum gerit in Aula. Ita etiam filiæ ejus, (quamquam in alio reſpectu Virgines & puellæ non intitulantur *Az Aſzſzony*,) ſingulæ dicuntur, *Kis Aſzſzony*; H. e. Parva *Aſzſzony*; cum diſtinctione tamen ætatis, quod aliqua ſit major, aliqua minor *Kis Aſzſzony*. (2) Patet ex ſubſtantivo alio, ſeu abſtracto, quod inde formatur, addita pro more noſtro, ſyllaba *ſág* in fine, ut fiat *Aſzſzonyſág*. Certè hujus ſignificatio genuina & frequens, non eſt apud nos, denotare communiter *Muliebritatem*, vel *Femineitatem* ut ſic loquar; ſed favorabilem, jucundum & excellentem ſtatum inter Mulieres. Ut ſi dicatur de aliqua: *Aſzſzonyſágban él*; Hoc eſt, (liceat nunc ita loqui,) *In Aſzſzonyſág vivit*; non eſt ſenſus, quod jam è Virgine *mulier* facta eſt, ſed quod *inſtar Dominæ*, placidè vivit in excellenti ſtatu. Etiamſi Virgo ſit, quæ in tali vivit ſtatu, tamen rectè linguâ noſtrâ dicitur de ea, *Aſzſzonyſágban él*. Hæc omnia oſtendunt, olim apud antiquiſſimos noſtros majores, *Aſzſzony*, (& *Aſzſzonyok*, in plurali,) ſignificaſſe Mulieres præclaras & excellentes; quales fuêre *Amazones*. *A viris* au-

tem hoc nomen primitùs ad *mulieres* tranſiiſſe, infra dicetur. Si quis quærat obiter: Quomodo ergò ante exortum *Amazonum*, noſtri vòcârint communiter mulieres? Reſpondeo; commodiſſimum earum nomen antiquum noſtris videtur fuiſſe *Leány*, (vel olim tantùm *Leah*, etiam ſine paragogico *n*;) quod hodie nobis eſt *Puella*. Cum enim τὸ *Leány* apud nos commune ſit cujuscunque *innuptæ* etiam vetulæ ac fortè corruptæ nomen; ideò non neceſſariò Virginem in ſuo conceptû involvit; (Virginem *o.* enim vocamus *Szüz*;) ſed *fœmineum* ſexum in genere: quod radix ejus *p.* oſtendit. Deinde, habent noſtri ſpecialiùs aliud nomen, pro muliere *uxore* exprimenda; nempe *Feleſég*; quod an ſit פִּלֶגֶשׁ, *Phillegeſch*, concubina, uxor; vel potiùs ab inuſitato פלה, *Phala*, ſeparare, dividere; (additâ finali ſyllabâ *ſég*, nobis uſitatiſſimâ,) ut ſit quaſi *pars Viri*; nunc non diſputo. Inde *Vidua*, poterat olim noſtris dici *özuegy feleſég*; h. e. Viduata uxor.

X. Hiſce præſtructis, & habitâ jam fundamentali parte nominis, facilè & illud expediemus, quomodo nomen *Amazon*, ex particula *Am* & *azzon*, in unum coaluerit; & cur etiam Græci non gemino Z, ſed tantùm unicô nomen hoc ſcripſerint. De primo dico. Nos præter demonſtrativam particulam

o. Part. I. p. 296. *p.* Supr. Part. I. p. 301.

az, habemus aliam etiam adhuc magis emphaticam, nempe *Amaz*; quæ ferè Græco ἐκεῖνος, η, ο, & Latino, quaſi, *ille, a, ud*, reſpondet; ſic tamen, ut in ſuo conceptû amplius quid involvat, & magis ſit emphaticum, quàm Latinorum *Ille, a, ud*. Componitur autem, ex duabus particulis, *am* & *az*. '*Am*, prolongatâ vocali *a*, idem eſt nobis, quaſi dicerem; *Ecce! Vide! ibi*: quod ejusdem fontis eſſe puto, cum Hebr. אִם, *Im*, Hebræis hodie *Si*, *Siquidem*, &c. ſignificante. Potuit aliis, vel & Hebræis olim aliud etiam ſignificâſſe. *Az* verò quid ſit, jam dixi; *q.* nempe particula demonſtrationis ſeu emphaſeos causâ, vocibus nominis partis præponi ſolita, ferè ad eum modum quô ה (*He*) Hebræorum, vocibus nominis partis aut participiis præponitur. Hinc integrè talis ſcriptura nominis emergit: *Amaz azzon*; (nobis hodie *Amaz aſzſzony*;) h. e. *Illa robuſta Mulier*. Contractè verò, ſive ob celeritatem pronuntiationis brevium vocalium, ſive ob non rectè intellectam ab alienis pronunciationem noſtrorum, ſive potiùs ob rationem mox dandam, factum eſt, quaſi tantùm eſſet *Am' azzon*. H. e. *Ecce robuſta mulier*. Junge propiùs literas, (ut ſit in talibus, præſertim longo ſeculorum decurſû,) habebis *Amazzon*; ipſiſſimum nomen, quod erat inveſtigandum. Hodie etiam nobis

q. Part. I. pag. 309.

frequentiſſimum eſt, (qùô ſonus redditur facilior atque ſuavior,) literam *z*, ex particula *amaz*, penitùs tolli, quoties eam conſonans ſequitur; quod obſervatur rectè etiam ubi minùs dura, (ſeu impropria) conſonans ſequitur, qualis eſt *H*. V. gr. Rectè dico: *Ama' hegy*; Ille mons. Vel, *Ama' Halál*. Illa mors. Jam verò litera prima in voce *Azzon*, ſi literis Hebraicis, vel aliis Orientalibus ſcribatur, ſive per ע hoc modo: עַזּוֹן, ſive per א ſic: אַזּוֹן, eſt conſonans; etiamſi non tam dura, ut reliquæ. Non eſt ergo mirandum, quod *z* inde, tantô ſeculorum decurſû, ſublatum eſt. *A* verò in fine *Ama'*, ob coaleſcentiam cum ſequente *a*, (ut in plurimis aliis fit,) ultrò evaneſcit. Nempe *Ama'-azzon*, idem tantùm eſt in prolatione quod *Amazzon*. Inſuper, poterant noſtri majores, etiam ſimplex *'Am* pro *Ama* in uſu habere. Nativa enim ejus ſignificatio id ultrò permittit; præſertim cum ita demonſtret, ut & rei pleniorem aliquando aſſeverationem notet. Similis autem compoſitionis exempla mihi videntur apud antiquos Latinos, utpote ortû Aſiaticos, in Lege XII. Tabularum, † *Amſegetes* & *Amfractum*: in quibus etiam præpoſitivum *Am*, ejusdem cenſeo eſſe fontis, cujus noſtrum *'Am*, vel *Ama*. Sic *Em* * quoque & *Im* ‡ ibidem, orientalem redolent originem:

† Tab. 8. l. 4. * Tab. 1, 3. & 8. ‡ Tab. 2. & 8.

quæ explicare nunc non vacat. Jam ſi quis quærat de poſteriori, cur Græci perpetuo unico tantùm ζ ſcribant, *τὸ Amazon*, non verò gemino; ratio eſt in promptû. Græcis enim non eſt conſuetudo, (quantùm hactenùs obſervare potui,) literam ζ in propriis ſuis vocibus & nominibus duplicare. Imò & in alienis nominibus, ubi duplicatio ſub *Dageſch* Hebraico (ſive expreſſo, ſive tantùm ſubintellecto, nunc non ventilo,) involvitur, experientia monſtrat, duplicationem talem in Græco textu eſſe omiſſam. Apparet hoc ex Hebraico עַזָּה *Azza*, vel *Hazza*; & מָעֻזִּים, *Mauzzim*; quorum utrumque LXX. Interpr. vertunt Græcè, ſine duplicatione ζ, Γάζα, *Gaza*, & Μαωζεὶμ, *Maozim*: quod plane ejusdem eſt radicis, cujus *Azzon*. Hinc Græci etiam *τὸ Amazon*, ad ſui idiomatis proprietatem conformarunt; præſertim quod jam poſt bellum Trojanum ac poſt Homerum, ineptè ſibi perſuaſerant nomen hoc origine eſſe Græcum: Omnis autem ipſorum hac de re perſuaſio inde manavit; quòd nihil in hoc nomine quod rem ſpectaret, conſiderarunt; ſed ex occurſû domeſtici ſui vocabuli μαζὸς, præcipuè ac frequentiſſimè, miſeras tantùm Amazonum *mammas* roſerunt, ut jam vidimus, & nugas eorum refutavimus.

r. Judic. 16. v. 1, 2. & Jer. 47. v. 5. Dan. 11. v. 38.

XI. Lubet hîc etiam teſtimonio Antiquitatis Ethnicæ, datam nominis originem illuſtrare, ac per hoc confirmare. Legimus apud Steph. Byzantinum, in veterum Gentilium Scriptis verſatiſſimum, quòd *Azania*, eximia pars *Arcadiæ* in Græcia, conſtans olim 17. Urbibus, denominata fuerit ab *Azane*, ſeu *Azanone* quadam muliere Arcadica. Verba ejus ſunt: *ſ.* Ἀζανία, μέρ@ τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀζανῆς τῆς Ἀρκάδ@. *Azania, pars Arcadiæ, ſic dicta ab Azanone, filia Arcadis.* Pinedo vertit: *Ab Arcadia fœmina*; ſed Græcus loquendi modus, (ut ſimilia exempla *s.* ubique obvia ſunt,) rectè datam à me verſionem admittit; ſubintellecto interim etiam articulo τȣ̃ maſc. gen. hoc modo: τῆς τȣ̃ Ἀρκάδ@. Eſt enim Ἀρκὰς (quà Proprium Græcis) nomen viri, ac per hoc Maſc. gen. ut tum ex Stephano, tum ex aliis patet. Fuit nempe *Arcas*, filius *t.* Calliſtûs, (filiæ Nyctimi fratris Oenotri,) ex Jove, ut Græci fingebant; à quo *Arcadia* nomen ſumſit, quæ antea *Pelasgia* dicebatur. At ſi quis fortè velit hîc Ἀρκὰς, (*Arkas*,) in fœm. gen. pro ipſa regione accipere; ſic quoque pariter ſtabit noſtra intentio de nomine *Azano*, pro *Azzon*. Imò hoc nobis de ipſa quoque *Arcadis* & conſe-

ſ. In voc. Ἀζανία. *s.* Vide præ aliis Apollodor. Lib. 2. ſub initium. *t.* Vid. Pauſan. in Arcad. ſeu, Lib. 8. pag. 458. & 459. Juxta Iſtrum apud Steph. in voc. Ἀρκὰς, fuit *Temiſtûs* & *Jovis* filius.

quenter *Arcadiæ* nominis origine, eximiam lucem monſtrabit. Cum enim *Arcas* non ſit Græcum; ego non aliud hoc eſſe cenſeo, quàm noſtrum *'Arkos*, (quod & *'Arkas*, rectè dicitur,) h. e. *Foveas & valles habens*; qualis eſt *Arcadia*, montibus & vallibus continuis referta, ac velut ſulcata; ut ex *Plinio u.* patet. Sed hæc obiter. Subjicit ibidem Stephanus: *Incolæ, Azanei, Azenes, Azanius, a, um.* Videmus in allegato teſtimonio, Mulierem aliquam olim denominatam fuiſſe, Ἀζανὼ, *Azano*; (ita enim debet eſſe Nominativus, uti, *Erato, Sappho, Calliſto*, more Græcorum;) quod idem eſt, ſi verè enuntiaſſet, quod *Azan*, vel conformiùs Orientis idiomati, *Azzon*; non ex ullo Græco fonte, ſed à memorata jam radice עזז. Atque hæc, non aliam ob rationem ita dicta eſt, quàm ob virtutes. Fuit ſine dubio generoſa aliqua, magnanima ac potens mulier, quæ magnæ etiam parti *Arcadiæ* ſeu Pelaſgiæ nomen dedit. Nec obeſt quod *Pauſanias x.* hanc perſonam nobis tanquam virum deſcribit. Nam, primò; ex ipſo etiam obtinebimus hoc, quòd olim à radice dictâ, עזז, nomen noſtro nomini ſimile fuerit formatum & uſitatum, in iis præſertim partibus, in quibus olim Hungarorum majo-

u, Hiſtor. Nat. Lib. 4. c. 6. *Univerſa* (Arcadia) *velut penſante æquorum incurſus naturâ, in montes 6. atque 70. attollitur.* x, Lib. 8, (ſeu in Arcad.) pag. 459.

majores ſedes habuerunt. Nec dubito, olim hoc nomen *Azzon*, utpote *virtutem* ac *robur* ſignificans, commune fuiſſe viris ac mulieribus; (hinc eſt, quod filius quidam Herculis *Azon* fuiſſe *y.* dicitur;) Viris nempe primum erat proprium, ac deinde etiam mulieribus ob earum virtutes communicatum: imò ob diuturnitatem virtutis earum, hæſit demum planè in ipſis, iisque ſolis, ſua in Natione eſt appropriatum; quod abſque dubio ab una ſingulari perſona muliebri, quæ hoc nomine in Scythica noſtra proſapia gaudebat, ad alias ejus virtutum imitatrices dimanavit. Cujus rei initium, ad *Thermodonta*, *z.* veterum authoritate fultus, refero. Deinde, tenendum eſt, non abſque ullo fundamento, Stephanum meminiſſe hujus, ceu mulieris, ſub nomine *Azano*, in fœminino genere. Habuit enim procul dubio, quos hîc ſequeretur. Nam paulò poſt illicò meminit Ἀζὰν *Azen*, ſine articulo, quem virum fuiſſe præſumendum eſt; de quo dicit, quod ipſam *Azaniam*, *habentem* 17. *Urbes*, *ſortitò obtinuit.* Quæ hoc modo rectè conciliare poſſum: quod *Azen*, tanquam filius mulieris dictæ *Azano*, ſeu *Azzon*, hæreditatem matris ſuæ, *Azaniam* ab ea dictam, conſecutus fuerit. A que ſic eum, qui

y. Stephan. de Urbib. in voc. Γαζα. *z.* Trog. Pomp. & ex eo Juſt. Lib. 2. c. 4. Conf. Diodor. Sic. Lib. 2.

Azan eſt Pauſaniæ; eundem eſſe intelligo, qui Stephano dicitur *Azen*; ita ut, Pauſanias dum eum *Arcadis* filium dicit, filius pro nepote accipiendus ſit. Poterat benè nomen regionis, *Azania*, & à matre & à filio, vim uſûs obtinere. Fuit etiam in Phrygia Urbs *Azani*, a. aliàs, *Azanium*. Vel ob *robur*, ita dici potuit; vel quod à generoſa aliqua muliere *Amazonica* nomen acceperit.

XII. Fuit porro olim Urbs *Magneſiæ* in Phrygia, nomine, ut Græci nobis tradunt, b. Ὀλοόσσων, h. e. *Oloòſſon*; de quâ etiam *Homerus* meminit his verbis:

c. Ὄρθην, Ἠλώνην τε, πόλιν τ' Ὀλοοσσόνα λευκήν.

Orthen, Elonenque, Urbemque Olooſſona † albam.

Dicat hîc mihi Græcus ſi poteſt, quid ſit *Olooſſon*? Vel, ut Euſtathius ait; ſuo temporè corruptè vocatam fuiſſe, *Elaſſon*? Nos è noſtro idiomate facilè indicabimus, quid hoc ſit. Eſt enim hoc nihil aliud, ut ultrò ſe manifeſtat, quàm *Oláh-Aſzſzony*. H. e. Walachica mulier. Vocamus enim nos Walachum, *Oláh*, à rad. ut puto, אלה, *Alah*; quod non ſolùm *lamentari* ſignificat, (quamquam & hinc fortè ob cantus *Walachis* frequentes, poterant

Pars II. ab

a. Vid. Steph. in voc. Ἀζανοί. & Strab. L. 12. b. Vid. Stephan. in voc. Ὀλοοσσων. c. Iliad. 2. v. 740. † Ob *albedinem argillæ* ſuæ *alba* dicta. Euſtath. in Hom.

ab Orientis populis ita denominari,) ſed & *tutamen*, *fulcimen*, atque *ſubſidium* eſſe: ex ea enim radice venit etiam nomen אלה, *alah*, quod ſignificat Hebr. *baculum*, item, *clavam*. Imò Arabibus אלה, *Alaha*, eſt plane, *Juvit*, *defendit*. Puto autem olim hoc verbum conveniſſe ex parte, etiam cum verbo אלה. Rationem nominis hanc eſſe cenſeo; quia, ſicut in præſenti Patria utraque, perpetuò *Walachos* Hungaris junctos eſſe novimus; ita non eſt dubitandum, hos etiam olim in aliqua parte veteris Patriæ *Magarorum*, ſeu *Hungarorum*, v. gr. in *Phrygia* ſignanter, iisdem *ſubſidii* loco indivulsè fuiſſe ſociatos & confœderatos. Atque ſic *Walachica* aliqua Heroina, poterat nubere Hungaro cuipiam; à qua demùm, defunctô præſertim marito, poterat Civitas aliqua, ſive quod eam ædificari curaſſet, ſive ſaltem, quòd eam ut Domina poſſediſſet, ab ea ipſa, per noſtros majores denominari, *Oláh-aſzſzony*; ſicut & hodie exſtat locus inter Hungaros, *Aſzſzony-falva*, h. e. Mulieris Pagus. Etiamſi verò innupta fuerit *Amazon* è Natione *Walachica*, in ſocietate *Magaricarum*; rectè tamen idiomate noſtro ejus reſidendi locus, dicebatur *Oláh-aſzſzony*, ſubintellectâ voce aliâ, *Pagum*, *Sedem*, vel *Urbem* ſignificante. Eſt adhuc locus in Hungaria, qui dicitur *Leány-Vára*, h. e. Puellæ Arx; quod huic argumento valdè congruit. Ceterùm,

rum, quantoperè *Magneſiam* (Urbem) Phrygiæ, *Petitus* Amazonibus aſſerat; ejus Diſſertatio de *Amazonibus* teſtatur, cap. 34. In nomine *Olo oſſon*, nihil penitus in re deſideratur, ad hoc, ut ſit id ipſum, quod *Olahaſzſzony*; ſi quis conſideret leviſſimam & frequentiſſimam *a* & *o* permutationem, nec non defectum lit. *h*, apud Græcos, & quod iam monuimus, ſonum noſtri *ſz*, cum ſono Græcorum *s* conſtricto, convenire. Duo etiam nomina præcedentia apud Homerum, *Orthi* & *Elone*, h. e. *Orti*, vel *Horti*, & *Ilona*, non ſunt ignota Hungaris: quorum conſideratio juvat ea quæ de *Olo-oſſon*, jam diximus.

XIII. Porrò cum mihi ſcopus hîc non ſit, vetera *Amazonum* geſta, ex ordine texere; (præſertim cum id jam ab alio ſit præſtitum;) nunc quoque, ut aliàs, pro iis acri judicio digeſtis, inque cumulo videndis, ad eximiam P. *Petiti*, de Amazonibus Diſſertationem, Lectorem relego. Hoc unum inculco, quod & aliàs † in marginalibus Notis innui; me ex illorum eſſe numero, qui, referente Petito, *d. rem hanc Amazonum, ſic poſſe componi arbitrati ſunt, ut reverà genus mulierum bellicoſum olim apud Scythas exſtitiſſe; res quoque magnas geſſiſſe, fateantur: verùm non ſine viris, ut in aliis Gentibus, quas Reginarum imperio ſubditas fuiſſe legimus.* Nam ut rectè idem *Petitus* annotat;

Pars II. *e. non*

† Part. I. p. 8. *d.* Diſſert. de Amaz. c. 4. p. 18.

e. non eſt veriſimile, quæ mulieres Scythis imperarent, nullâ iis ſocietate commerciove conjunctas fuiſſe; cum præſertim eas nupſiſſe dicat Hippocrates. Et ſane ipſâ quoque natura reclamat, ut credatur, integram mulierum Nationem; omnem penitùs virorum fugere ſocietatem.

XIV. Sic itaque de his ſentio: quòd per aliquod tempus ſatis longum, tot præclara olim geſta, ſolis mulieribus Scythicæ originis, tribuuntur à veteribus; non ita accipiendum eſt quantùm ad rei veritatem, quaſi illæ viros à ſe repuliſſent, vel penitùs eos fugiſſent, nec tunc viros verè viriles agnoviſſent; (hoc enim quàm falſum ſit, nunc docuimus;) ſed quia non ſolùm bellicoſæ ſatis multæ, per aliquot ſecula, è mulierum & puellarum Scythicarum grege, olim exſtiterunt; verùm inſuper, ſingulares aliquæ Dominæ è generoſis, velut tot Heroinæ & Principiſſæ, alios ſibi ſubjectos, tum viros tùm fœminas, conſilio & authoritate ſuâ ſatis diù rexerunt, ad exemplum talium Reginarum vel Principiſſarum, quæ Marito carentes, ſubjectos ſuos cum plenipotentia dirigunt, & bella etiam conſiliis contra hoſtes gerunt. Cum autem illis temporibus, tam admiranda, & præter naturam hodiernam fuerit virtus mulierum Amazonicarum; ut quæ non ſolùm conſiliis, (quæ ad Heroinas præprimis ſpectabant,)

e. Ibid. pag. 20.

ſed & armis lateri applicatis, (*habitû virili f.* nonnunquam indutæ,) Patriam ac Gentem unà cum Viris defenderent, imò etiam novas ſibi ſubinde ſedes, glorioſè acquirerent; certè etiamſi numero pauciores in bellis, quàm viri eſſent, (quod ego ſanè ita fuiſſe, facilè credo;) attamen non ſine ratione evenit, ut longè præcelleret pauciorum quoque mulierum eximia virtus inter Mundi Nationes, ob raram, imò inauditam novitatem, quàm plurimorum etiam virorum non mediocris prudentia & fortitudo. *Quod* enim *rarum* id *charum* eſſe, ipſo effectû in his verum apparuit. Nec eſt impoſſibile Deo, mulieres naturâ viris infirmiores, aliquando ita roborare, ut dotibus animi & virtute corporis, velut in viros transformatæ eſſe videantur. Augebat autem id maximè, quod paulò ante dixi, *Amazonum* celebritatem; quòd non ſolùm arma gererent, ſed & conſilio earum Heroinæ viris præirent: unde progeniem & ſubditos earum, *Sauromatas* ad Tanaim, *γυναικοκρατουμένους*, h. e. qui muliebris ſexûs poteſtati ſubeſſent, vocat *g. Plinius.*

XV. Si quis ſollicitus ſit de eo, num tali poteſtate præditæ, maritos habuerint; is facilè judicare poteſt, inferiores quidem inter eas, connubio ſe junxiſſe; at verò altiorem

f. Hac de re, vide *Petit.* Diſſert. de Amaz. c. 21.
g. Plin. Lib. 6. c. 7. Conf. Mel. Lib. 1. c. 20.

gerentes poteſtatem, ſive poſt mortem mariti eam fuiſſent conſecutæ, ſive innuptæ ad imperium ſublimatæ eſſent, non fore decorum ſibi reputaſſe, viro alicui inter ſuos ſe ſubjicere; alienum autem pro ſuperiori admittere, non solùm ſibi, ſed & Regno inconſultum cenſuiſſe: nec de his tamen auſim dicere, eas ab omni penitùs viri notitia, immunes manſiſſe. Ceterùm, quàm raræ etiam antiquiſſimis temporibus fuerint inter eas, quæ à viri concubitu ſe penitùs abſtinerent; apparet ex eo, quod è præcipuis earum, unius ut peculiare exemplum *Alcippes*, refert Diodorus; *h.* quæ *Hercule* eas non multò ante Trojæ excidium oppugnante, *virginitatem* quidem μετὰ τὸν ὅρκον διετήρησε, *poſt* emiſſum *juramentum ſervavit, vitam verò ſervare non potuit.* Hoc palàm pugnare videtur cum opinione doctiſſimi *Petiti*; qui putat ſupremis temporibus, antequam *Amazones* per Græcos debilitatæ eſſent, has ſine viris *i. ſeorſum vixiſſe*, eamque *Reipublicæ formam ex SOLIS mulieribus conflatam manſiſſe usque ad bellum, quod eis Græci Duce Hercule intulerunt.* Cur enim *Diodorus* è numerò tam excellentium *Amazonum* ab Hercule ſuperatarum, ſolam *Alcippen* referret, *virginitatem juramentô* voviſſe, eamque *ſervaſſe*, ſi veteres illæ *Amazones* omne viri commercium

h. Diod. Lib. 4. pag. 224. ed. Hanov. *i.* Petit. Diſſert. de Amaz. c. 6. p. (mihi) 33.

penitùs fugiſſent? Huc facit, quod illicò poſt hoc bellum, exercitum ducente *Hippolitâ*, una cum viris *Scythis*, *k.* profectæ ſunt *Amazones*, pro capta Antiopa, adversùs Athenienſes.

XVI. An verò jam ſcopum in his *Originibus* meum ſim aſſecutus; videlicet, num demonſtraverim, Hungaros eſſe, non ſolùm *Hunnorum* ſeriùs inter Chriſtianos notorum, ſed & *antiquiſſimorum Scytharum* clarioris notæ veram progeniem & reliquias; æquum uniuscujusque docti judicium, ex hactenùs dictis, perſpicere poteſt. Mihi ſanè adeò de antea ignotis, hîc Deo juvante ſatisfactum eſt, ut nullùs de illo ſcopo ſcrupulus ſupermanſerit; non obſtante, quòd in dies plura, & fortè etiam clariora atque majora in hanc rem innoteſcere poſſint. Vel ſola *Amazonum* nominis origo, tam ultrò, tamque modô rei congruentiſſimo, ex idiomate Hungarorum ab Hebraico fonte illuſtrato, deducta, ei tantùm non perſuadet, cujus ſint originis hodierni Hungari, qui clariſſimis etiam argumentis non patitur ſe doceri. Quis enim alicujus in hiſce rebus judicii neſcit, à vetuſtiſſimis nominibus, ex hujus vel illius Nationis lingua rectè & clarè detectis, firmum duci argumentum ad hoc, ut credatur hoc vel illud controverſum nomen (una cum re ſignificata,) ei olim Nationi fuiſſe proprium ac domeſticum,

k. Iſocrat. apud Petit. de Amaz. c. 4. p. 21.

ex cujus lingua origo ejus ita claret, ut ex alia, pari felicitate non clareat? Annon enim ſi legas apud Ptolemæum *Teutoburgum*, (quaſi dicas *Teütſch-burg*, h. e. Germanicam arcem, ſeu munitionem.) vel *Teutoburgenſem-ſaltum* apud Tacitum, benè concludes, nomen illud eſſe Germanicum, & ab antiquis Germanis, huic vel illi loco impoſitum? Rectè enim illud reſolves è lingua *Teutonica*; quod non pariter tibi ſuccedet ex alia. Item, cum legitur apud *Gyraldum* Cambrenſem, *l.* (an. D. 1188.) *Vadum* quoddam in *Wallia*, ſeu Cambria, *antiquitùs* dictum fuiſſe *Ryd Pencarn*; (h. e. Vadum capitis rupis, vel ſub capite rupis;) nonne qui aliquid de lingua veteri *Britannica* novit, multò magis, qui eam ut vernaculam tenet, agnoſcet illud eſſe veteris Britannici idiomatis vocabulum, & rectè colliget, ab antiquis Britannis, (quibus *Ryd* erat vadum, *Pen*, caput, & *Carn*, rupes, vel cumulus lapidum,) *Vado* illi fuiſſe impoſitum? Multa & alia hujusmodi invenies apud eundem *Gyraldum*. Quis non item, Orientalium linguarum non ignarus, ex nominum Punicorum, *Annibal* & *Azrubal* origine, rectè inferet, hæc nomina eſſe *Chananæa*, & à *Chananæis* vel *Chananæorum* poſteris, primitùs uſurpata? Similiter ergò cum vides, poſt a-

 lia

l. Vide eum in Originib. Gallic. Boxhornii. pag. 73.

lia non pauca hîc detecta, *Amazonum* nomen, tàm ſponte & perſpicuè fluere è lingua Hungarica, non minùs hîc, quam in illis exemplis allatis, id quod verum eſt, debes concludere. *Amazones* nempe vetuſtiſſimas, ſuum hoc nomen, ab *Hungarorum* majoribus habuisſe; eò quod ex ſolo idiomate illorum rectè explicari poteſt; ac per hoc, eas quæ primùm hoc nomine ſunt vocatæ, fuiſſe ejusdem gentis & idiomatis cum *Hungarorum* antiquiſſimis majoribus. Non hoc volo, quaſi ſolæ *Hungaricæ*, ſeu potiùs *Magaricæ* mulieres fuiſſent olim *Amazones:* nam ultrò teneo, alias etiam fuiſſe unà cum his, inprimis, *Daïcæ* vel *Dacicæ*, *Gothicæ*, *Celticæ*, *Turcicæ*, *Sclavonicæ* & *Thracicæ* originis; ſed mens mihi eſt, *Magaricas* inter eas primitùs fuiſſe præcipuas, & potentiâ ac directione præeminentes, à quibus & ad alias ſuæ jurisdictioni ſubjectas, nomen hoc profluxerit; quod mihi ipſiſſimum nomen earum ad ſuum fontem reductum, oſtendit. Poſterioribus autem temporibus, ubi virtus *Amazonum* cœpit imminui, & ad incitas paulatim redigi, absque dubio, alienigenæ etiam, (& fortè illæ ſolæ,) inprimis *Thracicæ*, principatum inter eas obtinuerunt. Atque hoc ſenſû intelligendum illud eſt apud Virgilium:

m. *Quales Threïciæ, cum flumina Termodoontis*

 Pul-

m. Æneid. xi.

Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis. & illud Scholiaſtæ in Apollonium, quò ſcribit, quòd, *n.* τῆ τῶν θρακῶν διαλέκτῳ χρῶνται καὶ Ἀμαζόνες, *Thracum dialecto utuntur etiam Amazones.* Putarunt nimirum hi uterque, *Amazones* tantùm (aut præcipuè) *Thracicæ* fuiſſe originis; quia ſolummodò ab ævo poſteriori menſi ſunt etiam ſuperiora ſecula. Fieri etiam potuit, (quod valde eſt probabile,) ut qui ævo poſteriori è Natione *Magarica* utriuſque ſexûs, inter *Thraces* (ſuos olim partim ſubditos, partim clientes,) † habitarent; illi ſæpiùs à Græcis aliisque per Græcos informatis, uno tantùm *Thracum* nomine venirent; nimirùm ubi jam res *Magarorum* in Græcia ac Phrygia, & *Amazonum* Magaricarum ad Thermodonta, profligatæ eſſent: atque ex eadem cauſa, non raro ea etiam, quæ olim *Magaricæ* potiſſimùm Nationis erant, *Thracibus* demùm adſcriberentur. At verò inprimis de *Amazonum* originali & principali proſapia ac Republica, quomodo rei veritas ſe habuerit, vera nominis origo nos jam docuit.

n. Schol. in Apoll. Lib. 2. v. 948. † Habitaſſe Hungarorum majores inter Thracas, diſces ex Part. 1. pag. 442, 443. & Part. 2. p. 266--281.

EPILOGUS.

I. Habes jam Lector! *Origines* veràs *Hungaricæ* Nationis, (nunc proh dolor! immenſis propemodùm obrutæ adverſis,) tum *Hiſtoricè* è veterum monumentis, tum *Philologicè* ex Linguæ præſentis ad fontem in multis reductione, & collatione cum antiqua, perſpicuè detectas. Habes, quid de lingua Hungarorum, & de priſtinis ac diverſis Majorum *Hungaricæ* Nationis ſedibus, ſentire debeas. Habes hîc Natio mea Hungarica! (ut te nunc alloquar,) non exigua majorum tuorum initia & incrementa, ſi fortia geſta, & primæ eorum ſedes conſiderentur. Habes hîc Majorum tuorum diverſas in diverſis Mundi partibus, ſedes antiquas. Vides hîc tuos Majores, nunc ad *Araxen*, nunc ad *Thermodonta*, & in partibus *Aſiæ* minoris; nunc cis Aſiam ad *Atticam* & *Ætoliam*, inde ad *Danubium* usque, ſui in coloniis extenſos; nunc ad ſteriles & horridos montes *Caucaſios*, nunc in interiori *Scythia* versùs *Indiam* locatos; nunc verò ad *Boream Scythiæ*, in frigidiſſima ac miſerrima Regione, & quidem in utraque aliquando *Scythia*, tum Aſiatica, tum Europæa, longè latèque diſperſos! & variis ſortis ſuæ caſibus jactatos! Quò citeriora tempora ſpectas ad usque *Athilam*, eò ſteriliores eorum

in Scythia regiones invenis. Quò altiùs aſcendis ad tempora remotiſſima, eò lætiores & amœniores eorum legis ſedes in *Armenia*, in *Græcia*, in *Aſia minore*, & ad fluvium *Thermodonta*. Si verò ex adverſo, tempora poſt Athilam ad ultimum Hungarorum in Pannoniam adventum, conſideres; videbis, ex Dei benignitate, priſtinam terræ bonitatem, poſteris Majorum noſtrorum, eo in loco, ubi nunc reſides, & ubi etiam veterum Majorum noſtræ Gentis pars quædam, multis ante *Athilam* ſeculis reſidebat, ex parte redditam eſſe. Hæc ſi tui majores olim non deſcripſerunt, habes ab aliis, Deo hæc cuncta ſapienter in optimum finem gubernante, fusè paſſim deſcripta, & hîc compendiosè in unum Librum congruenter ad ſcopum collecta, & ſuo ordine diſpoſita.

II. Parva hæc ſunt omnia in ſe conſiderata, imò nihil per ſe valentia, ſi cæleſtium fervida cura negligatur. Ludit ſæpè in humanis divina potentia rebus; & permittit non rarò Satanæ, ceu *o. Principi hujus Mundi*, per varia & admiranda geſta, ut qui eſt Dei ipſius inſignis Simia, futurorum à longè myſteria, quodam modo adumbrare. (In quo tamen, finem longè diverſiſſimum Deus & Satanas habent: ac ſolus Deus eſt, qui omnes Satanæ verſutias & obſcuritates, ad celebran-

o. Joh. 14. v. 30.

dam ſui nominis gloriam dirigit, earumque arcana cum tempore ſuis deteget.) Non deeſſent mihi valida ac hoc probandum argumenta, ſi de eo dicendi, in hoc Libro mihi eſſet ſcopus. Verùm, ulteriorem & altiorem hujuſmodi labor requirit conſiderationem. Nunc jam cum te Deus ex immenſa ſua miſericordia, ſalutari ſuo verbo illuminavit; tuum eſt Majorum tuorum utriusque ſexûs virtutes ita imitari, ut ſpirituali ſenſû vetera in te impleantur & exprimantur. Renovabuntur nimirùm in te robuſti milites, magnique Duces ſpirituali ſenſû, & redibunt *Amazones* virtuoſæ; ſi tùm Viri, tùm Mulieres, (ut eſt cujusque ſtatus à Deo,) pro Eccleſia & Religione Chriſtiana, totis viribus promovenda & propaganda, Patriaque ſimul defendenda, & vindicanda ab hoſtibus, ferveant: ſi omnia conſilia, omnia inter vos præclara animi & corporis molimina, eò præcipuè tendant, ut Chriſtus Dominus in vobis tandem Regnum ſuum pacatum & florentiſſimum figat. Ad quod obtinendum, juxtà Divinæ iræ aſſiduam in precibus, lamentis ac jejuniis, placationem; meo & omnium eruditorum judicio hæc duo maximè requiruntur. (1.) Ut ſcientiam habendi & tractandi feliciter arma ſpiritualia, contra Mundum, peccatum & Satanam, (quibus armis etiam corporalia noſtra in optimum finem dirigantur,)

 nobis

nobis acquiramus. Sapientiam nempe cœleſtem è Verbo Dei, & ex iis Scripturis, quæ nobis pro Verbo illo ſancto & myſterii omnis pleno, magis ac magis in dies intelligendô, lucem præbent. Ad hoc autem pertinet, hanc divinam ſcientiam noſtros inter filios & filias, conſilio, ſumptû, modisque omnibus juſtis, promovere. Erunt certè filii noſtri optimi ſic Politici, Juriſtæ ac Hiſtorici, ſi Divinam hanc quam commendo ſcientiam, primam pro ſcopo ſibi proponant. Sic & exteros tandem authores, cum judicio longè feliciore & fructû uberiore legent. (2.) Requiritur ſancta pax & concordia inter membra tua & compopulares tuos. Summè conducit cuique populo cum exteris etiam, imprimis Chriſtianis, habere pacem; quantò magis cum membris ſuæ Nationis, ſuæque Patriæ civibus, & compopularibus? Non priùs (crede mihi,) Hungariæ ſtatus felix erit, quàm cum membra ejusdem Patriæ, ſepoſitis odiis & inimicitiis ſe mutuò amabunt, & junctis conſiliis ac viribus, commune Patriæ bonum (in Dei gloriam vergens,) concordi animo promovebunt. Si olim in Paganiſmo, aliquando innumerabilis ferè *Hunnorum, Alanorum, Budenorum*, in varias ceteroquin partes, & dialectos, etiam in Natione quâque ſua diſtractorum multitudo ad hoc conſentire potuit, (& feliciter concordiâ & conſenſû durante, in mundanis

ſed & armis lateri applicatis, (habitû viri- li *f.* nonnunquam indutæ,) Patriam ac Gentem unà cum Viris defenderent, imò etiam novas ſibi ſubinde ſedes, glorioſè acquirerent; certè etiamſi numero pauciores in bellis, quàm viri eſſent, (quod ego ſanè ita fuiſſe, facilè credo;) attamen non ſine ratione evenit, ut longè præcelleret paucioꝛum quoque mulierum eximia virtus inter Mundi Nationes, ob raram, imò inauditam novitatem, quàm plurimorum etiam virorum non mediocris prudentia & fortitudo. *Quod* enim *rarum* id *charum* eſſe, ipſo effectû in his verum apparuit. Nec eſt impoſſibile Deo, mulieres naturâ viris infirmiores, aliquando ita roborare, ut dotibus animi & virtute corporis, velut in viros transformatæ eſſe videantur. Augebat autem id maximè, quod paulò ante dixi, *Amazonum* celebritatem; quòd non ſolùm arma gererent, ſed & conſilio earum Heroinæ viris præirent: unde progeniem & ſubditos earum, *Sauromatas* ad Tanaim, *γυναικοκρατȣμένȣς*, h. e. qui muliebris ſexûs poteſtati ſubeſſent, vocat *g. Plinius.*

XV. Si quis ſollicitus ſit de eo, num tali poteſtate præditæ, maritos habuerint; is facilè judicare poteſt, inferiores quidem inter eas, connubio ſe junxiſſe; at verò altiorem

f. Hac de re, vide *Petit.* Diſſert. de Amaz. c. 21.
g. Plin. Lib. 6. c. 7. Conf. Mel. Lib. 1. c. 20.

gerentes poteſtatem, ſive poſt mortem mariti eam fuiſſent conſecutæ, ſive innuptæ ad imperium ſublimatæ eſſent, non fore decorum ſibi reputaſſe, viro alicui inter ſuos ſe ſubjicere; alienum autem pro ſuperiori admittere, non ſolùm ſibi, ſed & Regno inconſultum cenſuiſſe: nec de his tamen auſim dicere, eas ab omni penitùs viri notitia, immunes manſiſſe. Ceterùm, quàm raræ etiam antiquiſſimis temporibus fuerint inter eas, quæ à viri concubitu ſe penitùs abſtinerent; apparet ex eo, quod è præcipuis earum, unius ut peculiare exemplum *Alcippes*, refert Diodorus; *b.* quæ *Hercule* eas non multò ante Trojæ excidium oppugnante, *virginitatem* quidem μετὰ τὸν ὅρκον διετήρησε, *poſt* emiſſum *juramentum ſervavit, vitam verò ſervare non potuit.* Hoc palàm pugnare videtur cum opinione doctiſſimi *Petiti*; qui putat ſupremis temporibus, antequam *Amazones* per Græcos debilitatæ eſſent, has ſine viris *i. ſeorſum vixiſſe*, eamque *Reipublicæ formam ex SOLIS mulieribus conflatam manſiſſe uſque ad bellum, quod eis Græci Duce Hercule intulerunt.* Cur enim *Diodorus* è numerò tam excellentium *Amazonum* ab Hercule ſuperatarum, ſolam *Alcippen* referret, *virginitatem juramentô voviſſe*, eamque *ſervaſſe*, ſi veteres illæ *Amazones* omne viri commercium

b. Diod. Lib. 4. pag. 224. ed. Hanov. *i.* Petit. Diſſert. de Amaz. c. 6. p. (mihi) 33.

penitùs fugiſſent? Huc facit, quod illicò poſt hoc bellum, exercitum ducente *Hippolitâ*, una cum viris *Scythis*, *k.* profectæ ſunt *Amazones*, pro capta Antiopa, adversùs Athenienſes.

XVI. An verò jam ſcopum in his *Originibus* meum ſim aſſecutus; videlicet, num demonſtraverim, Hungaros eſſe, non ſolùm *Hunnorum* ſeriùs inter Chriſtianos notorum, ſed & *antiquiſſimorum Scytharum* clarioris notæ veram progeniem & reliquias; æquum uniuscujusque docti judicium, ex hactenùs dictis, perſpicere poteſt. Mihi ſanè adeò de antea ignotis, hîc Deo juvante ſatisfactum eſt, ut nullus de illo ſcopo ſcrupulus ſupermanſerit; non obſtante, quòd in dies plura, & fortè etiam clariora atque majora in hanc rem innoteſcere poſſint. Vel ſola *Amazonum* nominis origo, tam ultrò, tamque modô rei congruentiſſimo, ex idiomate Hungarorum ab Hebraico fonte illuſtrato, deducta, ei tantùm non perſuadet, cujus ſint originis hodierni Hungari, qui clariſſimis etiam argumentis non patitur ſe doceri. Quis enim alicujus in hiſce rebus judicii neſcit, à vetuſtiſſimis nominibus, ex hujus vel illius Nationis lingua rectè & clarè detectis, firmum duci argumentum ad hoc, ut credatur hoc vel illud controverſum nomen (una cum re ſignificata,) ei olim Nationi fuiſſe proprium ac domeſticum,

k. Iſocrat. apud Petit. de Amaz. c. 4. p. 21.

ex cujus lingua origo ejus ita claret, ut ex alia, pari felicitate non clareat? Annon enim ſi legas apud Ptolemæum *Teutoburgum*, (quaſi dicas *Teütſch-burg*, h. e. Germanicam arcem, ſeu munitionem) vel *Teutoburgenſem--ſaltum* apud Tacitum, benè concludes, nomen illud eſſe Germanicum, & ab antiquis Germanis, huic vel illi loco impoſitum? Rectè enim illud reſolves è lingua *Teutonica*; quod non pariter tibi ſuccedet ex alia. Item, cum legitur apud *Gyraldum* Cambrenſem, *l.* (an. D. 1188.) *Vadum* quoddam in *Wallia*, ſeu Cambria, *antiquitùs* dictum fuiſſe *Ryd Pencarn*; (h. e. Vadum capitis rupis, vel ſub capite rupis;) nonne qui aliquid de lingua veteri *Britannica* novit, multò magis, qui eam ut vernaculam tenet, agnoſcet illud eſſe veteris Britannici idiomatis vocabulum, & rectè colliget, ab antiquis Britannis, (quibus *Ryd* erat vadum, *Pen*, caput, & *Carn*, rupes, vel cumulus lapidum,) *Vado* illi fuiſſe impoſitum? Multa & alia hujusmodi invenies apud eundem *Gyraldum*. Quis non item, Orientalium linguarum non ignarus, ex nominum Punicorum, *Annibal* & *Azrubal* origine, rectè inferet, hæc nomina eſſe *Chananæa*, & à *Chananæis* vel *Chananæorum* poſteris, primitùs uſurpata? Similiter ergò cum vides, poſt alia

l. Vide eum in Originib. Gallic. Boxhornii. pag. 73.

lia non pauca hîc detecta, *Amazonum* nomen, tàm ſponte & perſpicuè fluere è lingua Hungarica, non minùs hîc, quam in illis exemplis allatis, id quod verum eſt, debes concludere. *Amazones* nempe vetuſtiſſimas, ſuum hoc nomen, ab *Hungarorum* majoribus habuiſſe; eò quod ex ſolo idiomate illorum rectè explicari poteſt; ac per hoc, eas quæ primùm hoc nomine ſunt vocatæ, fuiſſe ejusdem gentis & idiomatis cum *Hungarorum* antiquiſſimis majoribus. Non hoc volo, quaſi ſolæ *Hungaricæ*, ſeu potiùs *Magaricæ* mulieres fuiſſent olim *Amazones:* nam ultrò teneo, alias etiam fuiſſe unà cum his, inprimis, *Daïcæ* vel *Dacicæ*, *Gothicæ*, *Celticæ*, *Turcicæ*, *Sclavonicæ* & *Thracicæ* originis; ſed mens mihi eſt, *Magaricas* inter eas primitùs fuiſſe præcipuas, & potentiâ ac directione præeminentes, à quibus & ad alias ſuæ jurisdictioni ſubjectas, nomen hoc profluxerit; quod mihi ipſiſſimum nomen earum ad ſuum fontem reductum, oſtendit. Poſterioribus autem temporibus, ubi virtus *Amazonum* cœpit imminui, & ad incitas paulatim redigi, absque dubio, alienigenæ etiam, (& fortè illæ ſolæ,) inprimis *Thracicæ*, principatum inter eas obtinuerunt. Atque hoc ſenſû intelligendum illud eſt apud Virgilium:

m. Quales Threïciæ, cum flumina Termodoontis

Pars II. *Pul-*

m. Æneid. XI.

Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis. & illud Scholiaſtæ in Apollonium, quò ſcribit, quòd, *n.* τῇ τῶν θρᾳκῶν διαλέκτῳ χρῶνται καὶ Ἀμαζόνες, *Thracum dialecto utuntur etiam Amazones.* Putarunt nimirum hi uterque, *Amazones* tantùm (aut præcipuè) *Thracicæ* fuiſſe originis; quia ſolummodò ab ævo poſteriori menſi ſunt etiam ſuperiora ſecula. Fieri etiam potuit, (quod valde eſt probabile,) ut qui ævo poſteriori è Natione *Magarica* utriuſque ſexûs, inter *Thraces* (ſuos olim partim ſubditos, partim clientes,) † habitarent; illi ſæpiùs à Græcis aliisque per Græcos informatis, uno tantùm *Thracum* nomine venirent; nimirùm ubi jam res *Magarorum* in Græcia ac Phrygia, & *Amazonum* Magaricarum ad Thermodonta, profligatæ eſſent: atque ex eadem cauſa, non rarò ea etiam, quæ olim *Magaricæ* potiſſimùm Nationis erant, *Thracibus* demùm adſcriberentur. At verò inprimis de *Amazonum* originali & principali proſapia ac Republica, quomodo rei veritas ſe habuerit, vera nominis origo nos jam docuit.

n. Schol. in Apoll. Lib. 2. v. 948. † Habitaſſe Hungarorum majores inter Thracas, diſces ex Part. 1. pag. 442, 443. & Part. 2. p. 266--281.

EPILOGUS.

I. Habes jam Lector! *Origines* veras *Hungaricæ* Nationis, (nunc proh dolor! immenſis propemodùm obrutæ adverſis,) tum *Hiſtoricè* è veterum monumentis, tum *Philologicè* ex Linguæ præſentis ad fontem in multis reductione, & collatione cum antiqua, perſpicuè detectas. Habes, quid de lingua Hungarorum, & de priſtinis ac diverſis Majorum *Hungaricæ* Nationis ſedibus, ſentire debeas: Habes hîc Natio mea Hungarica! (ut te nunc alloquar,) non exigua majorum tuorum initia & incrementa, ſi fortia geſta, & primæ eorum ſedes conſiderentur. Habes hîc Majorum tuorum diverſas in diverſis Mundi partibus, ſedes antiquas. Vides hîc tuos Majores, nunc ad *Araxen*, nunc ad *Thermodonta*, & in partibus *Aſiæ* minoris; nunc cis Aſiam ad *Atticam* & *Ætoliam*, inde ad *Danubium* usque, ſui in coloniis extenſos; nunc ad ſteriles & horridos montes *Caucaſios*, nunc in interiori *Scythia* versùs *Indiam* locatos; nunc verò ad *Boream Scythiæ*, in frigidiſſima ac miſerrima Regione, & quidem in utraque aliquando *Scythia*, tum Aſiatica, tum Europæa, longè latèque diſperſos! & variis ſortis ſuæ caſibus jactatos! Quò citeriora tempora ſpectas ad usque *Athilam*, eò ſteriliores eorum

in Scythia regiones invenis. Quò altiùs aſcendis ad tempora remotiſſima, eò lætiores & amœniores eorum legis ſedes in *Armenia*, in *Græcia*, in *Aſia minore*, & ad fluvium *Thermodonta*. Si verò ex adverſo, tempora poſt Athilam ad ultimum Hungarorum in Pannoniam adventum, conſideres; videbis, ex Dei benignitate, priſtinam terræ bonitatem, poſteris Majorum noſtrorum, eo in loco, ubi nunc reſides, & ubi etiam veterum Majorum noſtræ Gentis pars quædam, multis ante *Athilam* ſeculis reſidebat, ex parte redditam eſſe. Hæc ſi tui majores olim non deſcripſerunt, habes ab aliis, Deo hæc cuncta ſapienter in optimum finem gubernante, fusè paſſim deſcripta, & hîc compendiosè in unum Librum congruenter ad ſcopum collecta, & ſuo ordine diſpoſita.

II. Parva hæc ſunt omnia in ſe conſiderata, imò nihil per ſe valentia, ſi cæleſtium fervida cura negligatur. Ludit ſæpè in humanis divina potentia rebus; & permittit non raro Satanæ, ceu *o. Principi hujus Mundi*, per varia & admiranda geſta, ut qui eſt Dei ipſius inſignis Simia, futurorum à longè myſteria, quodam modo adumbrare. (In quo tamen, finem longè diverſiſſimum Deus & Satanas habent: ac ſolus Deus eſt, qui omnes Satanæ verſutias & obſcuritates, ad celebran-

o. Joh. 14. v. 30.

dam ſui nominis gloriam dirigit, earumque arcana cum tempore ſuis deteget.) Non deeſſent mihi valida ac hoc probandum argumenta, ſi de eo dicendi, in hoc Libro mihi eſſet ſcòpus. Verùm, ulteriorem & altiorem hujuſmodi labor requirit conſiderationem. Nunc jam cum te Deus ex immenſa ſua miſericordia, ſalutari ſuo verbo illuminavit; tuum eſt Majorum tuorum utriusque ſexûs virtutes ita imitari, ut ſpirituali ſenſû vetera in te impleantur & exprimantur. Renovabuntur nimirùm in te robuſti milites, magnique Duces ſpirituali ſenſû, & redibunt *Amazones* virtuoſæ; ſi tùm Viri, tùm Mulieres, (ut eſt cujusque ſtatus à Deo,) pro Eccleſia & Religione Chriſtiana, totis viribus promovenda & propaganda, Patriaque ſimul defendenda, & vindicanda ab hoſtibus, ferveant: ſi omnia conſilia, omnia inter vos præclara animi & corporis molimina, eò præcipuè tendant, ut Chriſtus Dominus in vobis tandem Regnum ſuum pacatum & florentiſſimum figat. Ad quod obtinendum, juxtà Divinæ iræ aſſiduam in precibus, lamentis ac jejuniis, placationem; meo & omnium eruditorum judicio hæc duo maximè requiruntur. (1.) Ut ſcientiam habendi & tractandi feliciter arma ſpiritualia, contra Mundum, peccatum & Satanam, (quibus armis etiam corporalia noſtra in optimum finem dirigantur,)

nobis acquiramus. Sapientiam nempe cœleſtem è Verbo Dei, & ex iis Scripturis, quæ nobis pro Verbo illo ſancto & myſterii omnis pleno, magis ac magis in dies intelligendô, lucem præbent. Ad hoc autem pertinet, hanc divinam ſcientiam noſtros inter filios & filias, conſilio, ſumptû, modisque omnibus juſtis, promovere. Erunt certè filii noſtri optimi ſic Politici, Juriſtæ ac Hiſtorici, ſi Divinam hanc quam commendo ſcientiam, primam pro ſcopo ſibi proponant. Sic & exteros tandem authores, cum judicio longè feliciore & fructû uberiore legent. (2.) Requiritur ſancta pax & concordia inter membra tua & compopulares tuos. Summè conducit cuique populo cum exteris etiam, imprimis Chriſtianis, habere pacem; quantò magis cum membris ſuæ Nationis, ſuæque Patriæ civibus, & compopularibus? Non priùs (crede mihi,) Hungariæ ſtatus felix erit, quàm cum membra ejusdem Patriæ, ſepoſitis odiis & inimicitiis ſe mutuò amabunt, & junctis conſiliis ac viribus, commune Patriæ bonum (in Dei gloriam vergens,) concordi animo promovebunt. Si olim in Paganiſmo, aliquando innumerabilis ferè *Hunnorum, Alanorum, Budenorum*, in varias ceteroquin partes, & dialectos, etiam in Natione quâque ſua diſtractorum multitudo ad hoc conſentire potuit, (& feliciter concordiâ & conſenſu durante,) in mundanis

profecit,) ut Patriam ſibi meliorem acquireret, imò magna ex parte, ab antiquiſſimis jam olim Scythis frequentatam & ſubactam, denuò ceu avitam recuperaret; quantò magis Chriſtiani, ſub Lege charitatis Chriſti conſtituti, poſſunt ſeſe mutuo ita tolerare, in Fide S. S. Trinitatis, ac verâ profeſſione Symboli Apoſtolici, ut tamen perpetuò ſe invicem ut amicos & fratres colant, ac in communi Patriæ bono procurando & promovendo, unanimiter conſentiant? Humanitùs quidem impoſſibilis videtur nunc via aliqua ad concordiam hanc diu deſideratam, inter omnes Hungaros, ac inter omnes Hungariæ & Tranſylvaniæ Ordines, Status & incolas, ſanciendam; ſed divinitùs, meo ſanè judicio non eſt impoſſibilis, dummodo noſtri, imprimis Præcipui in Patria, pectora pro veritate antiquiſſima, & pacis atque charitatis conſiliô recipiendo, habeant parata. Ad minimum, ſaltem incipiant ſeſe primùm in Religione Chriſtiana, conſtanter tolerare. Videbunt, quòd erumpet tandem in apertum antiquiſſima & pacifica Veritas, & omnes contentiones hominum, victrix conculcabit. Si quis fortè reperiatur, qui hæc legendo, conſilium ob humilitatem conſultoris faſtuosè contemnit; Deum ille ſaltem Pacis authorem formidet, & caveat ſibi, ne per hoc, quòd ſani conſilii contemptor eſt, ſe ex

p. cathedra deriſorum, & *q. ignem* pro futuro *ſibi accendentium* numero, unum deplorandæ veſaniæ mancipium eſſe, declaret. Si Momus aliquis hæc rideat, non deerunt boni & mente ſani, quibus aliquando hæc placebunt. Ceterà, eventum, in ſpe & omni boni operis ſtudio, Deo committamus.

III. Poſtremò; Votum meum quotidianis in gemitibus, atque etiam Spes mea, de Natione mea, quantumlibet adhuc iræ Divinæ procellis ob peccata jactetur, ea eſt, quæ legitur in Samuelis Prophetæ verbis, ad Iſraëlem prolatis: *r. Non deſeret Jehova Populum ſuum, propter nomen ſuum maximum; quia placuit Jehovæ, vos ſibi efficere Populum.*

Soli Deo ſit laus & gloria.

p. Pſal. 1. v. 1. *q.* Iſa. 50. v. 11. *r.* 1 Sam. 12. v. 22. (al. v. 24.)

Secundæ Parti.

Pag. 21. lin. 21. poſt vocem *Daci.* Adde: Eſt porrò modus alius, (qui tardiuſculè mihi ſuccurrit,) quô *Daák* & *Deák*, potuit noſtris à *Daa* ſic formari, ut non plurale ſed ſingulare eſſet; additô nimirum paragogico *k*, ad formam *Iszák*, h. e. Potator. Hinc *Bor-nem-iſza*, Abſtemius; & *Bor-iſzák*, Vini potator. Ejusdem formæ nomina ſunt apud nos, etiam *Lipták*, *Kozák*, *Boſnyák.*

Pag. 53. l. 18. poſt *voc.* Scriptores. *Adde*: Serò mihi viſa nominis hujus (*Deucalion*) à *Thubal* deductio imò detorſio, (magni licet Viri †) non eſt digna, quæ multis hîc impugnetur. Quaſi τὸ *Thubal* non fuiſſet pro ſono & modo loquendi Scytharum, nec eis, ac per eos Græcis obſervatû facile, ſi unquam τὸ *Deucalos* illud exſtitiſſet; cum in hunc usque diem habeant ejusdem ut videtur radicis, *Tombol*, (h. e. Tripudiat,) & aliud etiam *Tuba* (unum *columbæ* nomen,) non multum ab illo diſtans.

Pag. 79. l. 9. poſt voc. *Hercules!* Adde: Poterant nimirum noſtri Latinis viciniores vocare Herculem *Harczolós*; unde τὸ *Hercules*; alii verò qui Græcis fuere intermixti, *Harkály* vel *Harkályos*, unde Ἡρακλῆς: cum hoc & illud radices habeant ſibi invicem valde cogna-

† Salmaſ. de Helleniſtic. p. 338, 339.

cognatas. Radix *τ8̃ Harczol*, infra cap. 13. §. 15. indicabitur.

Pag. 123. l. 3. poſt *voc.* expreſſa eſt. *Adde:* Eſt porrò nobis domeſticum *τὸ Porta*, quod non ſolùm certam partium Comitatûs cujusque diſtributionem notat; ſed etiam pro confiniis, aut initio terræ hoſtilis (quaſi introitu hos ab illis ſeparante,) à militibus uſurpatur. Ut, *Portára járni*; h. e. Confinia vel loca excurſionis hoſtium frequentare. Unde propter conflictus olim (ut jam monui) ad Tibiſcum frequentes, potuit hic fluvius à tractu adjacente *Porta* olim dici, h. e. *Porata* Herodoti: quod tardiuſculè mihi in mentem venit.

Pag. 126. l. 22. poſt verb. obſervavi; *Adde:* vel *Porta*, ſenſû jam explicato:

Pag. 138. lin. 7. poſt *verb.* impoſuerunt. *Adde:* In hoc tractu dum verſor, *Boryſthenis* mentionem conſultò prætereo. An enim fuerit hoc olim noſtris *Boruſtyános*, à *lauris*; (ſi fortè in copia illic ſint;) vel verò *Bor-Iſtenes*, h. e. Vini Deum in ſe habens; nondum habeo quid hîc pronunciem.

Pag. 145. l. 13. poſt voc. Græcos. *Adde:* Subjunxi, *niſi debinc conſtiterit* &c. Nam noſtrum *Megyen*, (h. e. it, procedit,) potuit olim dici etiam *Mejen* à quibusdam, ſicut hodie aliqui dicunt *Gyere*, aliqui *Jere*, h. e. Veni. Atque ſic noſtrum *Megyen*, quod contractè quibusdam eſt *Megy*, (& hoc ex dictis

olim erat etiam *Mej*,) optimè cum Arabico מאע, (ſeu מאיע *Maja*,) h. e. Fluxit, & מיעון (*Majon*,) h. e. Fluidus, concordabit. Et, ſi à *Megyen* formatur hodie irregulare Participium *Menō*; multo magis à *Megy*, *Megyō*, & à *Mej*, *Mejō*, regulare utrumque, potuit olim formari; ut ſic Palus hæc diceretur *Mejō-tó*: h. e. Fluida palus. Verùm dies docebit, quæ hîc origo ſit præferenda.

Pag. 156. l. 18. poſt voc. *Czimmeres*. Adde: Imò & *Czimmeriás*, [ad formam *Uriás*, *Deliás*;] quod in re eſt *Cimmerios*.)

Pag. 215. l. 30. poſt *verb.* ſignificet. *Adde*: Poteſt tamen benè etiam à Chaldaic. מַן, (*Man*,) *Quis*, *Quid*, deduci.

Pag. 216. l. 20. poſt *verb.* illuſtrat. *Adde*: Nec illud obſtat, quod multi noſtrorum hodie ignorant τὸ *'Armány* ſignificare *Armenum*, imò τὸ *'Armányos* accipiunt pro illis Ruſticis aliiſque Incolis, qui nonnunquam milites paſſim liberiùs diverſantes perſequuntur. Nam hoc ipſum, quòd milites, hoſce ſuos perſecutores, voce in hanc rem peregrinâ, *'Armányos* vocant, oſtendit nomen hoc ex fonte jam (Part. 2. p. 151. & 152.) indicato, huc tranſlatum eſſe; videlicet, quòd ut olim noſtri majores (aut ſaltem multi eorum) ob aliquam diſſidii cauſam *Armenios* haud gratos habebant; ſic hodie Milites memoratos Ruſticos, ſibi exoſos habent, ac ideò *'Armányos* eos vocant.

Pag.

Pag. 270. l. 3. poſt *verb.* decipitur. *Adde:* Poteſt fortè & à צל, (Tzal,) h. e. *Inumbrari*, deduci.

Pag. 287. l. 6. poſt *voc.* Poëta, *Adde*: (qui juxta Voſſ. videtur vixiſſe circa an. D. 476.)

CORRIGENDA.

Pag. 3. lin. 11. prætium *leg.* pretium p. 4. l. 13. τὶ *leg.* τῇ p. 14. l. 2. *leg.* פְּנָר, ibid. lin. 6. triplex *leg.* triforme p. 16. l. 9. Δαύυς *leg.* Δαῦυς p. 28. l. 27. חנגרין *leg.* הנגרין p. 29. l. 24. *leg.* cum p. 30. l. 5. ב, *leg.* ג, p. 36. l. 7. usque ad l. 12. ordinem Nominum corrige juxta pag. 44, 45, 46. p. 40. l. 21. ſine *leg.* fine p. 51. l. 4. *leg.* uſitatiſſimè p. 53. l. 7. *on* leg. *ion* p. 67. l. 10, 11. *leg.* circumforaneam p. 68. l. 29. מִרְצ *leg.* מֶרַע, pag. 75. l. 28. ἴχει *leg.* ἔχει pag. 79. l. 13, 14. *leg.* genitum p. 83. l. 24. *leg.* Atqui p. 86. l. 9. celeberrimi *leg.* celeberrimæ. Ibid. lin. 13. *leg.* ſordida, pag. 88. l. 30. Part. *leg.* *n.* Part. ibid. lin. 31. *n.* Pauſan. *leg.* *o.* Pauſan. p. 94. l. 25. *origo?* *leg.* *origo.* p. 103. l. 3. *leg.* Hungarica, *Strigonio* p. 112. l. 1. *leg.* ſufficiat p. 115. l. 6. *leg.* facillimè p. 118. l. 16. nomini *leg.* nomina p. 127. lin. 9. *leg.* *immiſceri* p. 131. l. 4, 5. *leg.* *Atmoni*, p. 134. lin. 22. *diſtinguit*; leg. *diſtinguit Herodotus*; p. 144. l. 24. *leg.* facillimam p. 170. l. 23--26. *cum voluero* &c. leg. *cum voluero. ad me redibunt; & ſimul atque meum equeſtre flagellum conſpexerint in ipſos immiſſum. in interiora terra fugientes ſe abdent.* p. 203. l. 9. *leg.* Παρεμπάμι-σον p. 205. l. 23. *leg.* Ptolemæo p. 265. l. 10. ex origine *leg.* origo p. 279. lin. 13. Indicium *leg.* Judicium p. 285. l. 12. leg. *Euſtathius.*

I N D E X

Rerum & Verborum memorabilium Secundæ Partis harum Originum.

[*Quædam ex his quærenda in margine.*]

A.

Aba Hung. *Abi* Hebr. & *Abba* Syriac. conveniunt. Pag. 43
Adel (German.) unde? 41
Ægyptus quid? 234, 235
Æorpata Herodoti quid? 289--292
Alacska. 206
Alak quid? 73
Alani qui apud Menandrum? 171
Alazia Urbs. 25
Alazones & Alizones annon Italorum *majores?* 25
Alcathous idem quod Hung. *Alkotós*; h. e. Fundator. 65
Alexander eſt ex *Alak* & *Sándor.* 73, 74
τὸ Alexander nomen Trojanum, fruſtra Græci in ſuo fonte quærunt. 74
All, (Stat,) à qua radice? 236
'Alló-Sár explicat τὸ Ellaſar. 235--237
'Am, amaz, ama. 296. 302, 303
Amazon non eſt origine Græcum, ideoque fruſtra ejus origo in Græco quæritur. 284, 285
Amazon eſt compoſitum ex Hung. particula *'Am* & *Aſzſzony*, ſeu *Azzon*, h. e. mulier. 295, 296

Ama-

Amazon (quod pleniùs hodie *Amaz Aſzſzony*) quid propriè notat? 302
Amazones quomodo nomen ſibi compararunt? 311, 312
Amazones, cur dicuntur *Threïciæ* apud Virgilium, & *Thracum* dialecto uſæ apud Scholiaſten Apollonii? 316, 317
Amazones è quibus fuere Nationibus? 316
Amazones non fuere ſine viris. 310, 311
Amazonum Reginæ an habuerint Maritos? 312, 313
De Amazonum mammis nugæ Græcorum evertuntur. 285, 286--289
'Ar, Arar, Araros, & *'Aradós*. 213
'Arad Hung. & ἄρδα Græc. cognata. 33
Ararat, quid ex ſuo fonte? 211--214
Araxes quid ex ſuo fonte ſignificat? 220, 221
Arcas (Ἀρκὰς) quid propriè. 306
Archiepiſcopi nomen Hungaric. *'Erſek*, à qua radice? 178
Ardalus, Ardalides, & Ardale nominum vera origo eadem quæ τῦ *Erdély*. 31--33
Argó & *Orgó*, item *Argós* & *Orgós* quid? 84, 85
Argo & Argos unde derivatur? 81--84
'Ar-járat, Ariarathea & Ariarathes. 214
Arimaſpi quid? 150
Arion. 64
Arka, Chald. h. e. Terra (Jer. 10. v. 11.) illuſtratur. 210, 211

 'Armá-

'Armány quid ex ſuo fonte ſignificat? 215
'Armány eſt Armenus. 151. 215, 216. 326
'Armányos τὸ Arimaſpi ſeu Arimáſſi illuſtrat. 151
Arrianus de Parthis. 185
Arſaces nomen, cum Hungarico *'Erſek* re ipſâ idem. 178
Aſzſzony ſeu *Azzon* à qua radice; & quid propriè ſignificat? 297
Aſzſzony olim mulieres præclaras & excellentes ſignificabat. 299, 300
Aſzſzony ſeu *Azzon* à viris ad mulieres tranſiit. 307
Athila ex qua radice venit? 39, 40
Athila, h. e. more Hung. *Atilla* cum affixo, eſt Magnus ejus. 40
Athila juxta formam Chaldaicam ſcribi poteſt etiam duplici *tt*. ibidem.
Attelas ut habet Priſcus, idem eſt quod Hungaricum *Atzéllas* vel *Atzélos*. 43
Atzél in vulgari uſu apud Hungaros eſt *Chalybs*. 41
Atzél Hebræis quoque fuit in uſu pro nomine Virorum. 42
Aureum vellus quid fuerit? 160--162
Auri ramenta in fluminibus Colchidis collecta. 161--163
Auri ramenta colliguntur in hunc usque diem in quibusdam Tranſylvaniæ fluminibus. 163
Azon (h. e. *Azzon*) Herculis filius. 307

Bace-

B.

Bacenis eſt *Bacony*. 117
Bacony ſylvæ de parte Hercyniæ nomen in ſuperiori Pannonia. ibid.
Barbari olìm Principatum originis ſibi vendicarunt. 87, 88
τȣ̃ *Bécs* radix. 118
Berenthe. 88
Βίσχος. 48
Beiü à qua rad. 266
Bir, *Biró* (Hung.) à qua rad. 57
Bochartus. 6. 69. 81. 155. 158. 166. 215. 223. 235. 279
Bohemorum nomen *Cſeh*, cum nom. *Chii* & *Chi* confertur. 24
Bithynos & Bithynia explicatur. 264--267
Borbyſes videtur Hung. *Bor-búzás*. 281
De Boſpori etymo, Græcorum nugæ exploduntur. 272
Boſporus quid, & unde dicitur? 271-273
Bòſporus idem quod *Bús-poros*. ibid.
Boryſthenes. 325
Boxhornius. 90
Bú & *Bús* (Hung.) à qua rad. 272, 273
Bulgarorum nomen eſt Hung. *Polgár*. 24
Búza, *Búzás*, *Byzas*. 274, 275
Buzinka. 275
Buzita. ibidem.
Bü & *Bü Szántó*. 278

Byzacium quid? 279, 280
Byzantium explicatur. 274--279

C.

Caliba & *Calibás*. 173
Cálnó & *Cálna*. 216
Campus equis paſcendis aptus in quibusdam ſaxeis montibus. 203
Carpathes nomen tractûs montium. 117
Caſſa à qua radice? 118
Catonis nomine locus inſignis de Scythis. 67
Caucaſus explicatur. 192--201
quodnam ex variis ejus etymis, ceteris præfertur? 199, 200, 201
Caucones unde dicti? 200
Chabor ex Hung. *Háború* illuſtratur. 205, 206
Chalach cognata ex Hung. afferuntur. 216
Chalybes Populi idem quod *Calibás*. 173
Chananæorum celeberrimi Sidonii. 134, 135
Chii, ſive Chi, χοῖ. 24
Cigani auri ramenta & pulviſculos colligentes. 163
Cimbrus eſt Scythicum *Czimborás*. 165, 166
Cimmerii idem quod *Czimeres*, h. e. inſignibus donati. 156- 159. 164, 165
Colchidis vellus aureum. 159--162
Colchus (Græc. Κόλχος) non eſt è Caſſuchim. 166
Colchus eſt Hunno-Scythicum *Kólcſos* ſive *Kólchos*; h. e. clavibus munitus, a, um. 166
167

Coloċſa ſeu *Colocha.* 206
Compuſa ex Hung. *Comp* & *Compos* explicatur. 270
Coorum nomen explicatur. 262, 263
Cyrus nomen fluvii cognatum Hung. *Körös.* 183
Czimer (inſigne) propriè eſt vellus ab Hebr. Czemer. 159
Czimborás quid? 165

D.

Daci labentibus ſeculis dicti ſunt ex parte Getæ. 21
Dacus cum Dacia explicatur. 15. 21. 324
Dajka, (Nutrix,) & *Dajkaló*, à qua rad. 50 51, 52
Danubius Stephano Danubis quid? 98
Davi & Getæ ſervorum domeſticorum nomina olim Atticis. 15, 16
Deák (Hung.) unde ortum habet? 19, 20. 324
Davi, Dai, Daæ, ex ſuo fonte explicantur. 18
Deli inſulæ nomen illuſtratur. 86
Delphi quid? 90
Dengizich vel Dengezich. 45
Déva & *Deván.* 18
Deucalion unde derivatur, & quid ſignificat? 50. 52. 53
Deucalion non eſt ex Thubal. 324
Diluvii memoria celebris fuit olim apud Scythas. 217--219

Dio-

Diodorus Sicul. citatur. 88. 160. 218. 236, 274
Dodo, Dodon, Dodona, Dodone unde? 85, 86

E.

Edék, Edecon. 48
Edel (h. e. Nobilis Germ. & Belg.) unde? 41
Ellaſar ex Hung. 'Alló-ſár exponitur. 235-237
Erellam (Iſa. 33. v. 7.) illuſtratur. 209, 210
Ernach vel Ernák. 46
'Erſek (Hung. Archiep.) à qua rad. 178, 179
Eskütt & Esküttes ut nominis Scythes veſtigia explicantur. 186--189
'Eſzak (Hung.) quid propriè? 280
Eſzter-ag (Ciconia) quid ex ſuo fonte. 102
Eſztergár, (Tornum) quid proprie & unde? 102
Eſzter-Gom ſeu Eſzter-Grám, h. e. Iſtri & Grani confluxus vulgo Strigonium. 100.-103
Eſzter-gram nomen Hung. veram nominis Iſtri originem demonſtrat. 102, 103
Eſzter-ha quid propriè? 100, 101, 102
Eſzterhás. 100
Eſzter & Iſter in re nihil differunt. 109
Euſtathius. 241. 285. 308
Euxinus ex Hung. Eg-ſzin & 'Eg-ſzinü explicatur. 224--226

F.

Feleſég, h. e. Uxor. 301
Fény, Fényes, Fényös Hung. explicant 71
Phineus. 273, 274

G.

Gábor quid proprie? 252
Gaſi, Hungaris & Turcis commune. 251
Garam ſeu Gram fluvii nominis origo. 103
Geſnerus citatur. 231. 265. 276
Getæ ſeu Davi olim ſervorum domeſticorum nomina Atticis. 15, 16
Getæ olim à Dacis diſtincti. 21
Gog illuſtratur ex Hung. Gög. 196, 197
Gothus vel Gotthus unde ſic dictus? 26
Gozan. 206
Gög quid? 89--196
Gögös vel Göges. 89--197
τῦ Gömör radix. 118
Græci circa aliena nomina. 57. 137. 227. 257. 293. 304
Güges quid? 89--197
Gygadas (ſeu Γυγάδας,) idem quod Güg-adás. 89
Gyges quid? 89. 197
Gyllius citatur. 272, 273. 278
Gyndes, Gendös, Gyöngyös, cognata. 183, 184
Gyöngy, (Margarita,) à qua rad. 196
Gyraldus Cambrenſis citatur. 315

H.

Haginoja Regio Belgica, teſte Leſſabæo olim etiam Pannonia fuit vocata. 13
Hal & Háló vocum Hung. radix. 256
Halys nomen fluvii quid? 256

Hamaſim (Iſa. 64.) ex Hung. *Hamis* illuſtratur. 210
Harcz (prælium) & *Harczol*, à qua radice? 113
Harczoló, *Harczolós* & *Hercules* nomina ſimilia. 79
Harkály videtur olim Herculis nomen quibusdam fuiſſe. 76, 77. 324
Hellen (ἑλλῶ) unde derivatur? 54
Helena (ἑλένα) unde? 71
Helenæ amictus in brachio & in capite. 72
Hercules explicatur. 75--79. 324, 325
Hercynia, Sylva vaſtiſſima, imò montium tractus. 110
Hercynia eſt Hung. *Harcz-ſzin*, i. e. Prælii locus, vel prælii latibulum. 113
Ejus data origo explicatur & confirmatur. 113--117
Hercynia quibusdam veteribus Græcis Orcynia. 111
Herodotus citatur. 100, 121. 124
Heſiodus citatur. 99, 100. 226
Heſychius Mileſius quando vixit. 280
Hieronymus citatur. 208, 209, 210, 211. 215
Hiſtria. Vide Iſtria.
Hó, (nix,) à qua rad. 194
Hollandus pro Belga. 135
Homerus citatur. 63. 72, 73. 226. 234. 308
Hornius citatur. 90
Hungaricæ linguæ utilitas. 207, 208
Hungaricarum mulierum amictus. 72--79

Hun-

Hungarorum majores primi poſt Diluvium terram quæ nunc eſt Hungaria coloniis inſederunt. 104
Hungarorum variæ olim ſedes. 318
Hunnivar Jornandæ, idem quod *Hunnya-vár*. 129
Hunyad & *Hunyad Vára*. 130
Hurt & *Hurter* Gallic. à qua radice? 113
Huetius citatur. 77. 133, 134
Th. Hyde citatur. 141

J.

Jaſi ſeu Jazidæ & Megari poſt everſam Trojam è Græcia quo migrarunt? 105
Jaxartes quid? 147
τὸ *Ida* radix & ſignificatio. 253, 254
Jég à qua radice? 147
Ilion ſeu Ilium explicatur. 260--262
Illa, *Ilava*, *Illye*, *Iloſva*. 260
Inachus quibus nominibus cognatum, & ejus radix. 274
Inas, quid Hungaris? 46, 47
Jo quid? 274. Irnach, *Irnak*, & Irnas. 46
Iſter Scythiæ fluminibus accenſetur. 100
Iſter eſt antiquiſſimum nomen Hung. *Eſzter*. 100--109
τὸ Iſter radix & ſignificatio. 100--109
Iſter Heſiodo pulchrifluus dicitur. 99, 100
Iſter etiam viri nomen, qui fuit gener Danai. 107
Iſtria vel Hiſtria unde dicta? 107--109
Ἴστρος, h. e. Iſter antiquum nomen. 99, 100

Italorum nom. Hung. *Olaſz* obiter tangitur. 25
Julius Cæſar citatur. 110

K.

Kecskemét explicatur. 119
Kerta Parchicum ex Hung. *Kert* & *Kerit* illuſtratur. 179, 180
Kis-Ar. 213. *Kis-Ida.* 253
Kolch (h. e. *Kólcs*) Simocattæ. 168, 169
Kólcs ſeu *Kúlcs*, & inde *Kólcſos* ſeu Kolchos. 166
Kos Hung. illuſtrat arietem aurei velleris. 160
Kreka. Kerék, Karika, 45. *Kurucz.* 156

L.

Labancz. 156
Lád, Láda, Ladány, Lúd, τὸ *Leda* illuſtrant. 69, 70. Lazi unde dicti? 172
Leda unde derivatur? 69, 70
Lengyel (Polonus) confertur cum nomine Lelegum. 24
Leleges & Lengyel obiter tanguntur. 24, 25
Lipſius citatur. 127, 128
Lycus ſeu Lykos, quid? 254, 255
Lygos antiq. Byzantii nomen, eſt Hung. *Lúgos* vel *Lúgas.* 280, 281

M.

Mád, Mada, Mádi, Madai, Madia, Madyes. 56, 57
Mariſus nomen fluvii *Maros* explicatur. 127-129
Maros & *Marus.* 127
Máramaros, Marmares, & Marmara. 129
Martianæ ſylvæ. 113--116

Mæo-

Mæotis quid? 138--145. 326
Menander de Alanis & Uniguris à Turca olim ſubactis. 170, 171
Medgyes & *Medvés*. 57
Mogor & Mogores à nomine *Magyar*. 222
Morus Plinii. 129
Moſchus Sidonius D. Huetio eſt Moſes. 134

N.

Nagidos Urbs inter Ciliciam & Pamphiliam ex Hung. *Nagy-Ida* explicatur. 253
Nagy, (magnus,) à qua rad. ibid.
Naïs (unde Naïdæ Nymphæ) quid? 88, 89
Νηεὶς (Niris) nomen oppidi Meſſeniæ. 85
Nomina aliquot Paphlag. tanguntur. 248-252

O.

Odó à qua rad. 240
Ogygos ſeu Ogyges, quid? 35
Oláh (Walachus Hung.) à qua rad. 308, 309
Oláh-aſzſzony. Vid. *Olooſſon*.
Olaſz, nomen Italorum Hungaris. 25
Oenotrus & Onetorides. 263
Olooſſon Homeri eſt *Oláh-aſzſzony*; h. e. Walachica mulier. 308, 309
'*On* & '*Onad* quid? 261. coll. 64
ὀνυγήσιος. 47. Orcinia. Vid. Hercynia.
Orgós vel *Argós* quid? 84, 85
Orgo-vány. 84
Orion & *Oriás* explicantur. 62--64
Ortelius citatur. 13. 98. 127. 227
Oſiris. 8. Ovidius de Ponti Eux. colore. 224

P.

Pan ex qua rad. & quid ſignificat? 6, 7, 8
Pannoniæ & Pannoniorum nomen eſt recentius Pæoniæ & Pæonum nomine. 3, 4
Pannoniæ nominis origo probabilis à Panos cultu. 5. 6--13
Alia ejus origo non penitùs improbabilis. 13, 14
Panna à פנא. 14
Panda, *Pandó*, à פנד. 14
Πανὼν nomen 11. *Pandonia* in Libr. Sibyllinis. 14
Panyit, & *Ponyt* ejusd. rad. videntur eſſe. 234
Paphlagonica aliquot nom. tanguntur. 248-252
Parka Ptolemæi eſt Hung. *Parkány*. 118
פרא *Paripa*, radix. 204
Paropamiſus & Paropaniſus quid? 203, 204
Part & *Partos* ad illuſtrandum *Porata* nomen vetus Tibiſci explicantur. 121, 122
Patbiſſus quid ex ſuo fonte ſignificat? 120
Parthiſcus quid? 121
Parthi ab Hungarorum majoribus fecere ſeceſſionem. 177
Parthi quando fecerunt ſeceſſionem? 184, 185
Parthorum nominis ſignificatio vera eſt Hung. *Pártos*, h. e. Seditioſus. 174, 175, 176, 177
Pártos eſt à *Párt*, & hoc à פרת. 176, 177
Pata, *Pataj*, *Paté*, *Patvar*. 291, 292
Pauſanias. 31. 61--65
Pécs, nomen Civitatis Quinqueeccl. 137
Pelsöcz. 203. Peuce quid & unde? 137
Peſſium & *Peſt* idem. 118

Peti-

Petitus citatur. 241. 288. 293. 310. 313
Pheſs, Hung. *Fejſze* cognatum. 142
Phorrás. 122. Plinius citatur. 17. 138. 161
Plutarchi verba de Thermodonte. 241
Pola Urbs Iſtriæ & *Pólyi* pagus Hung. 173
Polonorum nomen Hung. *Lengyel*. 24
Porata Herodoti quid? 121, 122. 325
Ponty & *Pontyó* ad explicandum τὸ *Pontus* afferuntur. 228--230. *Poſony* à qua rad. 118
Pontus explicatur. 227--235
Prometheus unde derivatur? 55--62
Pyrrha ſeu Πύῤῥα. 53
Put, *Putton*, & Puteus, à qua rad. 234

Q.

Quinqueeccleſienſis Civitas. 137
Quintus Smyrnæus. 287, 288. 327

R.

Rabbi Chasdai. 28--30
Rág & *Ragad* à qua rad. 180, 181, 182
Ragas & *Ragadás* (Parthica) explic. 180-181
Ragály quaſi *Rágó-ály*. 181
Recan à qua rad. 44, 45
Rondeletius citatur. 231--276
Rua, à qua rad. 44

S.

Sabbatarii in Tranſylvania. 133
Sabbati ſeu diei ſeptimi nomen Hung. *Szombat*. 207
Hoc nomen ſine otio Judaico, antiquius eſt Lege Sabbati Judæis data. ibid.

Sabbaticus fluvius, al. Sabbation & Sanbation. 206, 207
Salmaſius memoratur. 90
Sanapa & *Sanapi* Thracum quid? 91
Sarbalehun (Dan. 3. v. 21. 27.) explicatur. 208
Sár (lutum) à qua rad. 237
Sarmatæ & *Sarmatia* quid? 153--155
Sáros nomen fluvii quid? 255
Savus Hung. *Száva*. Radix ejusd. 96
Sclavus, Sclavi, Sclaveni. 23
Sclavorum nomen Hung. *Tbót* explicatur. 22,23
Schieten Belg. & *Schießen* Germ. à voce Scytha. 189
Scythæ Ægyptiis antiquitate ſuperiores in contentione evaſerunt. 87
Scythici nominis veſtigium apud Hungaros *Eskütt*, *Eskűttes*, *Eskűſzik*, *Eskűttetni*. 186-189
Scythis principatus originis tribuitur. 87
Servii teſtimonium de Daïs. 17
Sibyllinorum Orac. Liber Tert. citatur, & ætas authoris notatur. 14
Sidó Hung. Judæum ſignificat. 131
Sidones apud Strabonem ſunt Hebræi origine. 130--135
Sidonii Chananæorum celeberrimi. 134, 135
Simmias Rhodius quando vixit? 85
Simocatta de quadam Turc. victoria. 168,169
Sinope Urbs Ponti. 90, 91
Sirmium Urbs Pannoniæ. 97

Syrmus Rex. 98
Smyrna explicatur. 256, 257
Soanorum nomen à *Soány* Hung. 161. 172, 173
Σόλαχος quid? 49
Strabonis locus de Pannoniis latiùs ſumptis. 5
Sz, cujus valoris apud Hungaros? 296
Szamos Hung. unde dicitur? 80, 81
Szánt & *Szántó* à qua rad. 278
Száva à qua rad. 96
Szerém, h. e. Sirmium. 97
Szó, (vox,) à qua rad. 96
Szombath eſt nomen antiquiſſim. Hung. & vernaculum. 207

T.

Tacitus citatur. 106. 127, 128. 315
Taciti ætas. 128
Tajfali idem quod *Tej-faló*. 156
Tana eſt Hung. *Tanya*. Radix. 146
Tanais, Hung. *Tana-viz*. 146
Tanais alias *Silys*, h. e. *Széles* dictus. 138. 145, 146
Tanaus Rex Scytharum. 175
Tanger African. explicatur. 141, 142
Tatár nomen Tartarorum quid? 185, 186
Temerinda Plinii idem quod *Tenger annya*. 138, 139
Temes à qua radice, & quid proprie? 244, 245
Tenger, (mare,) à qua rad. 139
Termö, *Termödö*, & *Termö-odó*. 238--240
Themis una Titanidum. 245
Themis ſeu *Temes* Amaz. Reginæ nomen. 244-246
Themiſcyra explicatur. 243--246
Thermodon explicatur. 238--243
Tiba nomen pagi. 123. Tibeſis Herodoti. 124
Tibiſci varia nomina explicantur. 120--126

Tibiſcus unde derivatur? 12
Tibiſia. 124. Tyſia eſt *Tiſza.* 12
Tingis explicatur. 142. *Tiſza* a qua rad. 12
Tor Hung. pro exequiali Convivio quod notat? 25
Torja, Torol, Torollya, Tör, Törös Hung. illuſtran *τὸ Troja.* 258, 259. Triballi quid? 15
Troja quid ſit explicatur. 258, 25
Turcarum Chagani magna quondam vict. 168--1
Turcarum nomen Hung. *Török* à qua rad. 18
Tyndareus explicatur. 66--6
Tündér & *Tündéres.* 66--6

V & U.

V*áj* (butyrum) & *Vaja*, (loc. nom.) a q rad. 233, 234. Vandalus quid? 2
Vellus aureum quid fuerit, explicatur. 160. 162, 16
Vértes Hung. quid propriè? 116, 11
Viza, & *Vizás.* 275--27
Volga quid? 1
Uniguri & Alani apud Menandrum. 1
Uza & *Uzony.* 2

W.

Walachica mulier *Olooſſon* apud Homer. nom loci. 3
Walachorum nom. Hung. *Oláh*, à qua rad. 308, 3

X.

Xylander.

Y.

Y peculiarem apud Hungaros literam non fac 2

Z.

Z*álogos.*
Zár Paphlagonicum eſt etiam Hung. 248--2
Z τῷ s ſubjunctum quid valet Hungaris? 2
Zygantes Africæ apud Herodotum. 2

FINIS.